timore, dico q licet sit verum q
qui facit compulsus no bn facit
no tm ff qui obedit legi pro ti
more, ymo quasi voluntarie
et talis bn facit Item ē id
quod fit ex timore filiali in
tom est licz secus de timore similis
de hoc .j. de pben cu qui in
glo ampli li. vi. Ad illud
quod dicitur lex respicit que
bonū dt Jo. cal q ecc respicit
bonū singulare seu singularum
psonarum sua qui rsps nega
tis no bn faciunt, licet quebo
nū, expedit enī rei pub
ne quis male vtat re sua
instit de his que sunt sui vel
alie iur § l. pt
¶ Sz Quero an lex positiua
obliget i foro qsciē Et vide
q sit maxime rtu legis canice
vt illud quodcuqz ligaueris
z c. xxiiij q. j. quodcuqz de
ma et obe solute In grm
facit quia iudicium qsciē est
iudicium dei de symo. p tuas
ij lex aut inferior no ligat
superiorem xxj di. inferior de ma
et obe cum inferior, de elec
cle. ij. Jte in lre leges ciuiles
sunt ton. l. Dnas vt ille que
pmittut usurās gubernatum
vel pscripcom cu mala fide

Gl(osa) Yo. Cald(erinus) q(uod) ubi lex dis-
tinguit iudicium contenciosum a penali
questio non est dubia ut dessper-
tua nos de eo qui contra consci-
enciam et c. si. et quod ibi no-
tatur in glo ulti. tunc tamen non est
contrarietas inter hec. Nam distinc-
tio fori ex causa diversificat iu-
dicium. Sed ubi per legem non sit talis
distinctio nec subest ea quare sic
fieret, si lex non inducit peccatum
nec nutrit sed ordinat ad bonum
que obligat eciam in foro conscie-
tie cum derivatur a lege eterna
iuxta illud per me reges regnant
et legum conditores iusta decernunt
proverbiorum viij°. C. de summa trinitate epistola
inter claras, et leges cum leges dei
per imperatores et reges tradidit. Gra-
tianus generale viij di. quo iure. Et
dicit b. Tho. prima secunde q. xcvj ar. 4
iiij quod lex humana dicitur iusta ex
fine ut quia ordinatur ad bonum com-
mune et ex auctore quia non excedit pote-
statem condentis et ex forma quia
secundum equalitatem proportionis imponit
subditis onera in ordine ad bo-
num commune, cum enim quilibet homo sit
pars multitudinis hoc ipsum quod est
et quod habet est multitudinis, sicut
eciam quelibet pars in eo quod est to-
tius unde et natura infert aliquod
detrimentum parti ut salvet totum
sic et lex humana inferens onera
proporcionabiliter propter bonum com-
mune iusta est et obligat in foro con-
sciencie. Secus autem si sint iniuste
ut hic latius deducit Fran.
Card. sed iam accedo glosas ter-
tie partis.

Glo iij ibi excitat per oppositionem
in eo ubi dicit lex predictus dis-
posuit sibi subditos fore pu-
dicos etc. et hoc cum sequentibus

quod homo peccatum non possit ne-
cessitate constringat dei iudicium falli de-
ceu. et xv. a. nos ij. et sic infert
hominem carere libero arbitrio contra
illud xxviij. q. iiij. Nabuchodo-
nosor. Glo iij soluit dicens quod
deus hoc disposuit per providen-
ciam et dispensacionem non necessitate
et de hoc in dicto c. Nabucho-
donosor et c. si. de peni. di. iiij.
si ex bono et in ea ibi vasis
ire vasa ire dicuntur peccatores. l.
di. illud quod ibi. Sicut dicimus
vasa vini vel olei, peccatoribus
autem non infert deus penam si
ex necessitate peccarent dicto c.
vasis. Unde autem quod dicit glo de
providencia et predestinacione vi-
deas. accipe glo hec pro eodem et velle
quod omnes homines sint predestina-
ti, quod non procedit quia soli
salvandi sunt predestinati xxiiij
q. iiij predestinacionem, dampnandi
autem dicuntur presciti. c. c. Nam ut
dicit magister sentenciarum in primo di. xxxix
ad finem, predestinacio est gracie
preparacio qua deus elegit quos
voluit ante mundi constitucionem
et econverso reprobacio est prescientia iniqui-
tatis malorum dampnandorum et ideo quod glo
accipit hic predestinacionem large
scilicet respectu quod omnes ab inicio
sunt boni, ff. si. c. i. s. d. ij. a. h.
Sed accipiendo predestinacionem proprie
verius dicitur quod deus disposuit
homines esse bonos per provide-
nciam quam per predestinacionem quia
sic causavit quod possent esse boni
nam providencia est racio ordinandorum
in finem ut dicit b. Tho. prima secunde q.
xxij ar. 3°. Sed non preparavit
omnibus graciam ut salvarentur et de
providencia, predestinacione, presciencia,
disposicione et sciencia dei tractatur

in si. forte propter interimendum scandalum propter quod ho-
stis pro fide veste debet cum mathei v qui anga-
riaverit te mille passus vade cum eo alia duo
et qui abstulerit tibi tunicam da ei et pallium
xxiij q. i in principio, et hoc verum si alias non fuerit
contra legem divinam, quia tunc deo magis obediendum
quam hominibus actuum iiij, de sen. ex. c. inquisitionis xi q. iij
julianus

i p^b s^tmas xxxv. di. Et p^sc
cia expedit glo sequens
i. v^bo subditos et in ca. ibi co-
ram domino qui stati pe^mite-
do no videan^t dimisisse depei-
di j diuorcium

Glo pudicos exponit l^ram et
dat simile et i ca. ibi imparis
uo pt. Sciend^m q^d castitas est
duplex quedam ment^s quedam
corporis xxxiij. q. v. qui s^tit
et de s^tu p^cedit quod d^t glo
q^d suaderi p^t impar no non
Castitas ne ment^s inpatur
quia s^n hac saluari non pos-
sumus xxxii q. v. si s^mus et
de castitate et pudicicia ipse ca-
sinos d^t. b. Tho. vbi d. q^d pu-
dicicia ipse v^satur circa venere-
a s^z repriuendo ea et p^cipue
ea signa venereos sicut sunt
aspect^s impudici osculi et
tact^s et sic exteriora signa r^e-
spicit Castitas aut magis
respicit ipam veneream com^mix-
tionem et ideo pudicia ad casti-
tatem ordinat^r no qui virtutem
ab ipa distincta s^z sicut expe-
riens castit^s circumstanciam qui-
dam vn^d di^r vna pro
alia et insine et xxxiij di.
s. h^is agit ibi no vagi odio

Glo pacificos et sic eos expo-
nit l^ram et ibi. i. pace custo-
dientes ideo sic exponit ut
differat a v^bo modestos. pe
aut exponit pacificos. i. non
litigiosos et in ide redundat
Et in glo sc. ibi temperancia hic
patz quid sit temperancia glet
pt dici q^d temperancia e virtus do
min^s contra libidinem et
alios mot^s importunos vnde
requirit^r i tribus vestibus xli.

di. c. s. xxxi q. iiij p^r totum in-
fine et originalit^r Math. v.

Glo p^rdiga, ait q^d multiplicat^r
dicat^r quis p^rdigus, fortificat
eas l^ram, deinde arguit contra
l^ram et declarando soluit in-
fine. Jo. Cal d^t q^d Cupiditas
hic sumitur pro quod est ra-
dix omnium malorum p^r Tho. s. de
statu nam contemplant, non
aut hic sumit in specie pauulia
que est contraria p^rdigalitati et
hec solucio est satis formal^r
tam et solucionis glose quas ta-
git in p^rin^o et infine sunt eas
ve.

Glo nova litigia dat racionem
ad l^ram p^r varias concordancias
eq glic glose textuales sunt
et declarant l^ram.

Sequit^r c. Cum in quo po^r
narrat ut dixi s. p quia quo
dat hoc opus pnia lib^r propter
duo p^rimo propter dispendium anti-
quas constitucionum 2^o propter vti-
litatem nouas

Glo hic p^o q^d decretales dicu-
ntur ep^le quod c^ucit q^r emanaverunt
p^r modum ep^las ad diuersas
consultaciones ut patz. Jo. in toto
volumine, sunt aut decretales ep^le
vice constitucionum et canonum xx.
ix di. c. s. et de diuersis nominibus
constitucionum iij di. in summa
et p^r host^s i proh^emio summe d^r
quo nomine et di. ibidem q^d consti-
tucionis census, generaliter communiter dicitur
canon generaliter decretum generaliter
decretalis ep^la. Canon dicit
ipse id quod statuit cum uniuersali
concilio decretum quod papa sta-
tuit de consilio Cardinalium ad
nullius consultacionem. Sed decretalis
ep^la, quod papa statuit solus

Tit. c. ep^le xxxviij di. de l^ris
vbi dicitur q^d c. via salutis
de aucthoritate et licencia

vas ire in te deum reddit cum iubilo, si no spatium renuit Tho. Tho. petrum

unus ingenium prior ut studeat
p studium crescat minimum sapia gratis
perit obprobrium stulte levitatis
datur impium celeste beatis

vel cum Cardinalibus ad consulta
tionem aliorum Et dicit decretal
ad eius nos viii extra de decre-
tum, et de diversis modis quibus
dicitur decretum notatur in capite
de primo et 2o decreto in prin
¶ 2o nota quod continua similitudine
indicat consensio de hoc in glo in verbo
similitudinem et intellige quod est con-
sensio expressa quia quando aliquis est decr
sum per unum modum consensio est sup-
fluitas est quod fiat aliud modo
omnino simile Et dicit ipsi quod ideo hic
dicit de continua similitudine Verba quorum
similitudo non est superflua vel
inutilis secundum eum et hostiensis in summa
quorum idem possunt repetit in
diversis titulis ad diversos effectus
de libel obla significantibus et
de cap significantibus ubi de hoc
¶ 3o noto quod in iure nulla debet
esse contrarietas de hoc in glo in
verbo contrarietatem Infine hostiensis tamen
redarguit istam glo quia dicit quod v. c.
ut dicitur de cap corrigit multa
iura precedentium et est eius contrarium
idem dicit de r. c. de multa de p b e
Sed salvando glo dicitur quod licet
in hac compilatione ponantur aliqua
iura que quo ad aliquas sunt cor
recta tamen non superflue ponuntur
ut in eis notatur Item iura cor
rigentia et correcta non sunt iura
contraria quia tenet 2m et non
primum de constitutione c. l. li. v. et licet
alicubi videatur contrarietas non
est, tamen bene intelligenti
¶ Iste in verbo studentium Nota quod prin-
ceps laborat ad utilitatem stu
dentium. i. in studio invigilandum
ut hic talibus enim sunt iura pro-
dita ff de his que in fraudem
credi. l. pupillus nisi Et dat
hostiensis v. Sed quis forte cupit

iustos de mis cau
um et attenditur
similitudinis
et q omnia puniuntur

iurisconsultus heri Continuet stu-
dium velit a quocumque doceri In-
vigilet nec vincat eum tortura
laboris Fervor insurgat crescat
que vecundior horis Nam ut ait
virgilius labor improbus omnia vi-
cit, improbus. i. magnus vel assiduus
seu importunus Iste ibi per Raymun-
dum noto quod nomina auctorum de-
bent in libris inscribi, de hoc per Jo.
an super data in li in comme
Et dicit bene iste Raymundus
fuit vir religiosus et valde bo-
nus, oriundus de Cathelania
ubi non datur aliquo expromisso
dicit hostiensis quod Cathelanus
qui variis permissionibus et cunti
libus invitationibus detinet via
torem, tenet saltem de dolo
ff si quis caucio. l. sed et si alio simile
quod notatur in. l. q. l. ducens in fi
alia non alia colligit in glossis
Una non in hac littera dicit, quod
erat diversa volumina constitutio-
num applicanda ad hanc compilationem
¶ Pro intellectu huius Quod
hic ut sciat origo et ordo no-
tum huius compilationis et aliarum pre-
cedentium secundum est totius iuris Cano-
nici et est totius iuris positivi communiter
iuris generalis sive vel alius Que-
ro que sunt illa volumina an
ista compilatio Et ad hoc dico
quod cum incepit multiplicari genus
humanum surrexit ius naturale, quod
consistit in divine vete ratio. l. i.
prout eiusque dictat ratio non
depravata quo est omnia erant
communia videlicet ab initio et unicuique
quicumque tempore necesse sunt vii di
que iure p di. i. ius naturale Et
consistebat hoc ius in paucis
preceptis quod in duobus primum ne quis
faciat alteri quod sibi nolit

sicut ut in p^ri^o decretorum sicut
quod nemo locupletetur cum alterius iac-
tura et ut quilibet honeste vivat
alterum non ledat etc. ut dicit glossa
hic. Ex hac lege surgit iunc-
tio maris et femine. ff. de iusticia et iure l. i. iuris na-
le. Et etiam ex hac prima et
rudi equitate tamquam ex fonte
progressa sunt omnia iura, nec
ius positivum docet alia equitatem
preter illam sed limitat et amplifi-
cat eam ad casus varios, sibil-
la cum equitate comprehendit univer-
saliter omnia alia iura et iura
illius omnia implicat. Et hac
lege reglati fuerunt homines post
eiectionem de paradiso multis temporibus
peccata vero multiplicatis ipsis et
facta distinctione dominiorum or-
ta sunt bella et captivitates et
alia plura ff. de iusti. et iure
l. ex hoc iure. ff. de iu. in ingenuis;
nam prius omnia erant communia ut
ibi, et hinc ortum est ius gentium
quod est idem cum iure naturali sed
restrictum per plura precepta. Nam
post divisionem dominiorum locum
habet regula, quod quis non ditetur
cum aliena iactura. Sed quia
precepta talia non sufficiebant va-
riis discordiis que cottidie o-
riebantur, ut ad delicta punienda
promulgatum est ius positivum et in
diversis regionibus diversa iura pro-
mulgata sunt. Et per moysen
inter hebreos, per foraneum inter
grecos, per Numam pompilium inter
romanos et per alios inter alias
gentes vii di. Moyses. Quo
ad ipsos autem romanos amplius post-
ea creavit x. viros qui leges
scriberent et hii ex legibus Solo-
nis in latinum translatis xii ta-
bulas ediderunt. ff. de ori. iuris

l. ii. § exactis et dicto c. moyses
et c. sequenti. Ex hiis dicitur duplex
lex positiva scilicet divina et huma-
na. Nam lex data per moysen
dicitur divina, relique humane et
quo ad l. humanam ultra legem
xii tabularum prodierunt senatus
consulta i. sanctiones quas facie-
bat senatus urbis.
Item plebiscita i. sanctiones
quas promulgabat plebs per
se. Item responsa prudentum
i. iurisconsultorum. Deinde translata
potestate in principem in ipsum est
translata est potestas condendorum le-
gum c. i. de ori. iuris et
ab ipsis principibus multe leges
late sunt et ex hiis conditum ius
civile. Quo ad legem autem di-
vinam cum advenit plenitudo
temporis seu tempus gratie, adveniente
Christo translata sunt in eum lex
et sacerdotium, ut de constitu. translato
et per eum i. beatum petrum et successores
sores ut ibi notatur et dicitur
de maiori et obe. solite. Et hinc
dicitur duplex lex divina novi
testamenti scilicet evangelica et apostolica
que tamen in effectu sunt eadem
lex postea per summos pontifices
et alios prelatos in Conciliis et
extra Concilia per summos pon-
tifices promulgate sunt constitutiones
seu canones ex quibus fuerunt
facta varia volumina ex quibus
tandem Gracianus fecit volumen
decretorum. Sed adhuc promulgate
sunt postea constitutiones alie et
decretales epistole ex quibus facta
sunt diversa volumina de quibus
hic fit mentio. Et autem harum compi-
lationum fuerunt v. compilationes ap-
parate. Nam bulgarus papiensis prepositus
postea Ecclesie fecit primam

iuvit epistola est quod per legem cogitur quod desfacere sed ex ipso quod compulsus facit non sponte facit etc. Vide glo.

compilacionem quedam antiqua
intermittendo, preter eam alie de
cretales ab aliis apostolicis emana
verunt de quibus Gilbertus fecit
aliam Alanus aliam et deinde
Iohannes Galensis fecit unam que co
llectionem dicebatur secunda et dicebatur
prima liber primus 2a compilacio
liber 2us Deinde Benedictus dictus
Compostellanus moratus Rome
in Curia de registro Innocencii iii ex
trahens quasdam decretales de
ipsis fecit unam que Romana co
pilacio vocabatur in qua erant
quedam inserta que Romana Cu
ria non approbabat Deinde magis
ter Petrus Beneventanus de man
dato ipsius Innocencii fecit aliam que
3a dicebatur et hec decretales
eiusdem Innocencii usque ad an
num xii sui pontificatus Deinde ipse
Innocencius in concilio generali fecit
lxxi constituciones de quarum ordine
notatur de accusa. sicut olim et de filiis
facta est 4ta compilacio Deinde
Honorius fecit quintam compilacionem
quam magistro Tancredo antiquo
doctori direxit et Archidiacono
Bononiensi Et ex istis Gregorius fecit
hanc compilacionem ex quibus iam
patet solucio predicte questionis etc.
¶ Glo. 3a in libro similiter dicit
quod glo. sequens fortificat [illegible]
et visa est o. Glo. vagabantur
declarat litteram exemplificando de
aliquibus decretalibus que ante
hanc compilacionem vagabantur extra
volumen ut c. primum ii. q. vi de bi
gamis etc. Ex quo colligitur quod
licet non dicatur vagari extra vo
lumen propter racionem litere licet hodie
secus sit Quia tamen hic tangitur
de extravagantibus et olim propter
hoc allegabat de extravagantibus pro
dictam contra [illegible] an hec

Dicit Bonaguida quod in antiquis compilacionibus
erant sic cause inter inquisiciones sicut hodie
inter [illegible] et titulos et habebant [illegible]
que hodie sunt resecate

hodie sit extra [illegible] et
ab dicitur quod sit, quia sit extra
volumen decretorum dicuntur tamen quod
licet alius alie compilaciones dicerentur
extravagantes quia vagabantur
extra ut hic, hodie non sit dicendum
dicitur, propter hoc facit quia non vagatur
amplius, cum sint in hoc volumine
autentico. Item quo ad racionem
2am dicitur quod cum hec compilacio
sit distincta a volumine decretorum
et sit volumen autenticum de per se
dicitur hodie allegari decretales in
ea contente non premittendo extra
et sic allegant periti Canoniste
[illegible] tamen adhuc allegare solent
premittendo dictionem extra
¶ Glo. per dilectum tractat modum ordi
nandi decretales epistolas emen
dando in hoc ista compilacio etc.
Et ex ista glo. colligit quod pon
datur titulus et sic tituli sive
rubrice sint per libri, hoc dicit
glo. singulariter in prohemio vi in
libro titulos vel de hoc
¶ Sequitur volentes Et cetera
literam ista [illegible] dicendo tamen
et in hoc dico quod astruit ne
gativa de [illegible] cum contra
et est sensus litere quod debemus
uti hac compilacione tamen sic quod
non illa alia, quod intelligitur
est de precibus de quibus dixit [illegible]
[illegible]
¶ Nota quod decretalibus omnibus
uti possumus in iudiciis quia
indefinita equipollet universali
ut dicit glo. Et quia eadem glo.
que est finalis circa istam literam
movet opposicionem et dubia sed eam
quod ipsius expedicione possit opponi
contra litteram quia multe decretales
huius compilacionis continent indulge
ncias seu graciam ut in de elec. quia
dilectus et c. [illegible] infra de
concessione prebendarum constitutus et ista non

dent trahi ad quam vij q i
petisti et sic alii eis uti non
possunt quod est contra litteram
Item queret pt quid si post
hanc compilacionem invenit ali
qua decretalis non posita in hac
compilacione quid iuris de ipsa
Glo ista prosequitur et solvit
inter alia unum dicit etc. Et tunc ea
ibi si cui concessa via per fundum
per quam eius partem concessa vi
cinali tamen modo ut non per villas
nec per vineas ire sinendus sit
cum id eque commode per aliam
partem facere possit in more fun
dus fundi detrimento ibi nec
plus nec minus etc. Solucio prima
ista est quia modicum non nocet
nec curatur ubi ar. contra glo sequitur
contra solucionem quod immo modicum
curatur ut in glo Solvit quod
affecta et retencio consideratur
in talibus que glo adducat pro
hoc xiiij q. v. si quis invenisti
de hoc qui de modico curet
notatur de iis si apponere Et
dicam ad propositum quod in remediis
ordinariis de modico curatur
ut in iuribus allegatis in glo ibi
ar. contra usque ibi affectus in re
mediis autem extraordinariis secus
ut in restitucione que non da
tur pro modico dampno ut notatur
de in integrum resti. c. i. pt
sciendum quod regulariter de mo
dico curatur in decap. c. de
appellacionibus fallit in casibus
in iure expressis et in illis re
dit racio ibi vel dicas post
alia solucionem etc. et utraque so
lucio sustineri pt Et dicam est
quod ex decretalibus continetur indul
gencia seu dispensacio ut privi
legium non superflue aut frus
tra ponitur in hac compilacione quia

ad hoc ponitur ut sciat ex quibus
causis possint concedi privilegia
in causa tamen sic interpretari pr
ivilegia ponitur titulus de privile
Item sunt [cancelled] plures ponitur
decretales continentes dispensaciones
ut sciat aliud esse de iure
quam ibi pastoralis Jo. an. dicit
quod respectu illarum que emana
verunt post hanc compilacionem an
compilacionem vi li tenendum est
quod habetur in prohemio eiusdem libri
infine ut pt in impoi pena arbi
traria similiter Jo. an. de offi. dele
decanus Sequitur rubrica de summa

Rubrica de summa trinitate et fide katholica

Quamvis rubrice istius compila
cionis habeant inter se breviorem et
ideo continue continuant quia tamen
ista prima est non pt ad alia conti
nuari tamen ad priorem causa
tamen quare ista rubrica sita est hic
in principio reddi pt et pro parte red
ditur hic in glo que est super
rubrica in principio dicens tamen plenius
quod in glo hanc esse racionem quia
quod summa trinitas que est deus
est principium omnium. ff. i. c. i. et pa
rue respectu iuris quod deus
per ora principum promulgat iura
ipsius vicarius summus pontifex de
tusta c. i. de ma. et obe. c. i.
ij. et iij. et c. solite de iure
iuratum ne inchoaret sine fu
damento de presbi. non bap. c. ij.
ab ipsa summa trinitate sumpsit exor
dium et per hoc habetur causa situacionis
quo ad primam partem rubrice Quo

In secundo ecclesia cessant omnes decre les que emanaverunt post volumen decre [...] non sunt in isto vi [...] expresse [...]

ad hoc [...]

ad sam^m uo parte cu^m subicit
de fide katho^ca dico q^d quia
de summa trinitate tractauit respe-
ctu ad nostram salutem et q^a
ut dicit hec glo rubrice omne quod
non est ex fide peccatum est et or-
do nostre reparacionis a fide sumpsit
exordium et ph^oc quia sine
fide impossibile est placere deo
ad hebre xi et prima salus est
recte fidei regulam custodire xxv
q. i. prima salus ideo subie-
cit de fide kathol^ca etc.

Set circa istam rubricam occurrunt
plura dubia unum primo quero
quare dicatur hic summa trinitas
et non absolute de trinitate ad
hoc primo dico secundum ysido. xv. c.
ethimo q^d summa dicatur quasi sup-
ma ut quia supereminet hoc
aut bene convenit beatissime trinitati
quia diuina trinitas arcetenet
principatum inter plurimas tri-
nitates ab ea emanantes ab ea
namque emanat diuina quedam trinitas
in anima nostra secundum quam ad ymagi-
nem dei facti sumus viz secundum
memoriam intelligenciam et volun-
tatem que sunt tria et unum sunt vna
mens seu anima intellectiua et
humana emanant etiam ab ea alie
trinitates in singulis creaturis
put modum quendam ut speciem
et ordinem habent secundum que in eis
diuine trinitatis quoddam vesti-
gium invenitur ut dicit aug^s in
li. de trinitate ad distinctionem
ergo aliarum trinitatum que a diuina
descendunt hic dicitur de summa tri-
nitate quia alie non sunt summe
ut trinitas in candela quia ea
est ignis splendor et calor et
idem in similibus et dicit hostiensis
in summa huius ti. in principio

Sciendum autem q^d de hac trinitate
diuina diuersi heretici diuersa de erra-
uerunt quorum sabellius abstu-
lit personarum distinctionem dicens
patris filii et spiritus sancti esse
unam essenciam et personam set solo
differre nominibus arrius uero po-
suit trium personarum esse diuersas
substancias et differentes que omnia
et singula fides katholica dampnat
ad materiam autem rubrice
facit xxiiij di qui episcopus de conse-
cratione di iiii c. si et di vltima c. ple
et vlt. ad summam partem facit
xxiiij q. i. per totum

Secundo queritur quid sit fides
de hoc dicam post ea glosam ... pri-
mum videndum est de origine vo-
cabuli et dicendum secundum tul. de offi-
ciis q^d dicitur fides quia fit quod
dictum est et idem ysido. viij ethimo-
logiarum dicens dicta fides quia fiat id quod
dictum et promissum est inter deum
et hominem

Tercio queritur quare dicitur kathol^ca
ut dicit boe in li. de trinitate et b. tho-
mas in commento huius ti. q^d dicitur katho-
lica i. universalis tum propter precep-
ta universalium regularum tum propter
cultus per omnes mundi
termino emanat heresis uero er-
rores subditorum angulis terrarum in-
cludunt ydem ysido. viij ethimologiarum
dicens q^d dicitur kathol^ca i. uni-
uersalis et generalis greci enim
universale katholicum vocant

Hiis premissis pro expedicione glose
que ponitur super rubrica an-
te primo modum sume quid sit fides
quot modis dicitur item quot sunt
species fidei item quot sunt articuli
fidei ista omnia persequitur glo
ideo eam hic adducam ut ... etc.
et post ista glo diuidi taliter

quia ipse reddit causam quare is-
ta rubrica sunt hic situata, de
quo eciam dixi. Q. 2a ibi vide
dum tractat de fide per modum
summe querendo de v, quorum 2m
sunt prosequitur scilicet quot modis
dicatur fides 2o prosequitur primum
scilicet quid sit fides ibi fides
uo ubi describit fidem uno mo-
do et opponit et statim contrariis duas
aliarum diffinicionem 3o prosequitur
de 3o scilicet quot sint species fidei
ibi species 4to de 4to scilicet de ar-
ticulis fidei ibi principales
5to de 5to scilicet de premio cre-
dencium et pena non credencium
ibi premium. Circa ad primum dicit
premissis scilicet quot modis dicatur
fides, glo. ponit aliquot modos
quibus dicitur fides, quod prose-
quere ut ibi patet et ibi multis
modis dicitur de quibus eciam exponam
q. i. monet, et ibi et itaque
et i. de quibus dicitur appo. c. si. et ibi
articulos vii sic dicitur symbolum
fides, i. de vita et ho. cleri
ut quinque ibi de hoc in glo. si.
et ibi stricti iuris de hiis nota
i. de corp. cum vel lib.

Et similiter circa istam partem quoque ulte-
modo de quibus in glo. sunt ad
hic alias dicitur enim eciam fides
i. legalitas contraria dolo. i. de
depos. c. ii. ante probat credulitas
tas ff. de verbo sig. l. bone
fidei emptor item bona si-
plicitas ut dicitur iste est bone
fidei. i. simplex non duplex propo-
ri q. iiii. innocens. Et de hiis
modis per hostiensem de resti. spo-
lia. vers. ubi etiam ponit de primo
b baptismus castus securus
eq., fides legalis sine cautelis

credendus. Circa probabilitas fi-
dei sub voce tenetur. deinde ibi
fides ut 2o Glo. describit fidem
secundum apostolum quantum ad opponentium
et dicitur et ibi ad hebre. xi.
et ibi substancia i. fundamentum
et ibi tenet cognicionem et opinio
dubitacionem vero dicit Hugo
varro quod fides est media opinio
et scie neutrum attingens et
ita glo. non persistat in descripcione
fidei per apostolum data dicens quod
non sit vera diffinicio sed quedam
notificacio accidentalis. sed est quod
quidam defendunt diffinicionem
apostoli dictam et eam sic expo-
nunt fides est substancia i. virtus que
est substancia i. fundamentum substans
seu firma subsistens sperandarum
rerum i. eorum que expectamus dicit
sperare argumentum non apparencium
ut i. glo. et hoc sit argumentum
non apparencium sive sint de
preteritis sive de presenti sive de
futuris et per hoc tollit obiec-
to prima cum dicit quod diffinicio
predicta conveniat spei, nam
spes est tantum de futuris, tollit
eciam obiectio 2a quia ut nunc
dixi verbum non apparencium convenit
preterita presencia et futura sed in
eo quod dicitur in hac diffinicione
sperandarum rerum videtur quod conve-
niret tantum futuris et sic conveniat
spei. Ad quod dici potest quod hoc
dictum est, ut nunc dixi, fi-
des sperandis substat tamquam
fundamentum eorum que speranda
sunt, et sic fides est virtus per
quam credimus ea que sperare
debemus, et in hoc substat
fides spei, quia super ea tamquam
super fundamento constituitur spes
non autem econverso, nam prius credi-

aliq(ui)d quod no(n) sp(er)atur, michil aut sp(er)em(us) p(otes)t quod no(n) credat(ur). Spes eni(m) est (ver)tus qua sp(irit)ualia et et(er)na bona sp(er)ant(ur) .i. cu(m) fiducia exspectant(ur) ut dicit (magister) p(ri)mo s(e)n(tentiarum) xxvi. di(stinctione). Ex h(uius)mo(di) dicit q(uod) fides est de p(rese)nti et cu(m) hoc est sp(er)andar(um) re(rum), q(ui)a facit ut faciet in nob(is) subsiste(n)tes sp(er)andas in p(rese)nti p(er) sp(em) i(n) futuro p(er) re(m), et ita p(otes)t sal-uari diffinic(i)o ap(osto)li. Expo(s)ito t(ame)n ista videt(ur) remota a me(n)te ap(osto)li, et diffinic(i)o glose (con)t(ra) (com)mu(n)e g(e)n(er)alis q(uod) diffinic(i)o ap(osto)li ut d(i)c(tu)m (est).

Co(n)seq(ue)nt(er) glo(sa) tractat quot sit spec(ie)s fidei et d(icit) q(uod) due, form(a)ta et informis, d(icit)ur ut i(n) glo(sa) i(n)ter ibi p(er)... et in ea ibi formata caritate et dil(ectio)ne ibi informis .i. sine forma .i. sine gr(ati)a gratu(m) fac(ien)te et ibi tac(et) forma de elec(ti)o(n)e o(m)i(n)o o(mn)is in morte et ibi informata .i. fi(des) s(ed) ... ibi ap(osto)l(u)s ad Gala. v(i) ... tremesc(u)nt Iaco. ii ibi ala... cu(m) iii et ad Roma. p(rim)o ibi e... Math. xx p(re)cedebat p(at)riarchas et p(ro)ph(e)tarum ibi seq(ue)ba(n)t(ur) .i. ap(osto)los martires (con)fessores doctores et alios s(an)c(t)os ibi osanna s(e)c(un)d(u)m Aug(ustinum) est vox obsecrantis mag(is) affect(u)m significans q(uam) re(m) aliqua(m) ex-primens. Ioh(annes) Os aureu(s) sup(er) hunc locu(m) d(icit), q(uod) qu(i)da(m) inter-p(re)tant(ur) osanna .i. gloria(m) al-ii .i. redempcio(n)em alii salvifica vel salvu(m) fac, que s(un)t gloria salv(ator) et redempcio bene (con)veni-u(n)t ei qui effusio(n)e sui s(anguinis) glo(r)ios(e) s(an)guin(e) nos redemit. Alii ad hunc alit(er) (con)ponu(n)t, quod t(ame)n laci(us)

alibi h(abe)t videri, volt itaq(ue) glo(sa) h(ic) q(uod) et demones h(abe)nt fide(m) s(ed) informe(m).

Co(ntr)a hoc p(otes)t opponi q(uod) demo-nes no(n) h(abe)nt fide(m), quia no(n) volu(n)-tate credu(n)t, et sic no(n) h(abe)nt i(d) q(uo)d loq(ui)t(ur) diffin(itio) de qua d(icitu)r in glo(sa) eu(m) d(ici)t fides est volu(n)taria (et)c.

Solu(tio) Iaco. de Alber. s(e)c(un)d(u)m ...a-g(ist)rio dict(u)s sive te(n)ens s(e)c(un)d(u)m ma-g(ist)rum s(e)n(tentiarum) et alios theolo-gos, q(uod) demo(n) no(n) h(abe)t fide(m) d(icta)m in-formem. Fides eni(m) informis in pect(o)re q(ua)litat(em) p(otes)t e(ss)e ad bo(n)a opera quod no(n) e(st) i(n) demone. Itaque fides informis i(n) quantu(m) fides s(uscipi)t natura(m) fidei formate q(ue) est volu(n)taria c(re)d(e)ndo (et)c., ut nu(n)c dictu(m) est, et h(abe)t h(abe)t x(ri)stianus et(iam) malus q(ui) volu(n)tate credu(n)t, demo(n) aut(em) no(n) volu(n)tate credit, s(ed) (con)tremesc(u)nt q(ui) p(er) flagella et d(i)vi(n)a s(e)ueritat(e) hoc extorq(ue)t(ur) ab eo s(e)c(un)d(u)m lib(er)o velle n(on) vellent d(eu)m, n(on) arti(cu)los fidei e(ss)e. Sed (con)t(ra) est h(uius)mo(di) no(n) obstat, q(uod) p(ri)mo demones h(abe)nt fide(m) informe(m), n(on) mag(iste)r s(e)n(tentiarum) (con)dicit, p(ri)mo h(abe)t h(ic) iii s(e)n(tentiarum) di(stinctione) xxiii. s(ed) de fide no(n) o(mn)i(n)o informi p(re)cedu(n)t ro(ti)o(ne)s p(re)misse, n(on) i(n) tali fide req(ui)rit(ur) assensus, q(uia) ut d(icit) Aug(ustinus) in lib(ro) de p(re)destinac(i)o(n)e s(an)c(t)or(um), crede(re) d(eu)m nichil aliud est q(uam) cu(m) assensio(n)e crede(re) vel c(um) cogi-tare, quod p(otes)t et(iam) mag(iste)r in d(i)cta distinc(ti)o(n)e, et i(n) hoc d(e)mo(n) tang(it) v(er)um male in fidei s(ed) cogitac(i)o(n)e s(e)u crede(re) aliud forma-l(ite)r ut credens assenciat s(e)u i(n)clin(et) ad assenciend(um), et h(oc) no(n) h(abe)nt demo-nes, ideo fides demonu(m) no(n) est formata s(ed) informis ut d(icit) glo(sa). Et d(ici)t(ur) q(uod) est q(uod) e(st) informis o(mn)i(n)o q(uia) sine i(n)clinac(i)o(n)e ad

/ i(d)eo q(uod) ibi d(icitu)r de h(uius)mo(d)i q(ui) s(ecundu)m c(er)tam fide(m) no(n) habet (Et ib. baptisati q(ui) s(cilicet) i(n)cidant

assenciendum, quilibet autem qui habeat fidem cum inclinacione ad assenciendum non propter hoc dicitur fides eius plene formata si est sine caritate, nam ut dicit Aug. in li° de fide et operibus fides sine dileccione est inanis vacua et ideo demones informem habent non caram et deliberando per ingenium secundum dicta distinccione xxiij et duabus sequentibus. Deliberando infero quod diffinicio apostoli de qua dicitur in glo. cum dicitur fides est sperandarum rerum etc. est generalior quam diffinicio glose cum dicit quod est voluntaria certitudo, nam hec diffinicio non convenit demonibus qui credunt secundum inclinacionem ad assenciendum sed secundum stimulum. Secundo autem glo. ibi prenotat quot sint articuli fidei. Et circa hoc primo sciendum est quid sit articulus. Ad hoc dico secundum Riccardum de sancto victore quod articulus fidei est indivisibilis veritas de deo, supra racionem nos artans ad credendum de hoc, in de here cum ex promissis hoc promisso dicit glo. quod principales articuli sint vij quos quilibet christianus tenetur scire etc. ut in glo. et inducit glo. simile quia etiam sunt dona spiritus sancti per hoc ultimo xxxvij q. j ad fine et hec dona sunt fortitudo sapiencia intellectus consilium sciencia pietas et timor. Sunt etiam vij peticiones in oracione dominica, de quo in septenario ut di. ij de celebra. missarum c. j. Quomodo autem sint predicti vij articuli glo. non explicat et videtur ponere incarnacionem et nativitatem pro uno articulo cum sint duo ut patet ex verbis angeli dicentis Ecce concipies et paries etc. Item in eo quod glo. ponit baptismum pro articulo, dubium est, quod non sit articulus secundum sacramentum. Item dicit glo. secundum quosdam theologos quod articuli fidei sunt xij propter xij apostolos qui composuerunt symbolum et hoc declarat Tangenus de symbolo et eos inducit ut in ea et ibi explicite ut sciant explicare distinguere et defendere articulos ibi implicite de conse. di. iij. plane et credere implicite est credere quod sic credit ecclesia de quo dicetur clarius in. et ibi Morsellus vel secundum Dyonisium dicitur a simbolum quod est con et bole quod est sentencia unde convenit quia de omnium apostolorum sentencia est stabilitum et hoc ad idem tendit cum dicto glose et ibi symbolum maius. i. credo in unum deum et ibi. c. ult. et permitte de here. i. c. i. vno li. v. Sunt ibi articuli veri hoc vii de articulis respicientibus humanitatem christi etc.

Ad concordandum istorum dictorum sciendum est quod loquendo de articulis fidei secundum respectum ad eorum efficacionem. i. ad apostolos qui composuerunt xij sunt articuli fidei dicit enim Petrus: Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Andreas: et in Ihesum Christum filium eius unicum dominum nostrum etc. Sed secundum respectum ad eorum materiam. i. ad id quod credendum est, quidam theologi inveniunt articulos ex parte eius maius dicunt quod sunt xiiij articuli vij respicientes

Incarnacio xpi nativitas
passio sive mors descensus ad
inferos resurrectio
ascensus in celum
adventus ad iudicium

divinitate et vii humanitatem
hinc dicitur Joh. xvii hec est vita
eterna ut cognoscant te solum
verum deum et quem misisti ihesum
xpistum per quod patet in articulis
et credibilibus duo subesse scilicet
occultum deitatis et misterium
nativitatis xpi De articulis
autem generalibus humanitatem que
possint poni ut in glosa in eo
quod dicit vii esse articulos ad sen-
sum supra tactum De articulis
autem generalibus divinitatem primus
respicit divinam essenciam cum (gl.)
dicitur Credo in deum alios in
singulari tres respiciunt personas
ut dicitur credo in patrem et in
ihesum xpistum et in spiritum sanctum reli-
qui tres respiciunt operacionem
divine essencie quarum una est
in collacione nature que est creacio
et de hac ibi creatorem celi et
terre alia in collacione gracie que
est sanctificacio ut ibi sanctam ecclesiam
katholicam sanctorum communionem peccatorum
remissionem Alia in collacione
glorie et est glorie resurrectio
seu resuscitacio ut ibi carnis
resurrectionem et vitam eternam
Alii autem dicunt quod articuli sunt
tantum xii vi pertinentes ad divini-
tatem et vi ad humanitatem
Et quo ad id quod statim di-
xi de tribus personis in trinitate
dicunt esse unum articulum cum
eadem sit cognicio trium personarum
et articulum glorie quem dividunt
in duos scilicet in carnis resurrectionem
et gloriam anime Articulum vero concep-
cionis et nativitatis coniungunt
melius est quod sint duo ut divi-
na concepcio seu incarnacio

difficultatem habet in hoc quod
deus factus est homo sine huma-
no semine Nativitas in hoc
quia virgo peperit Sic ergo duo
articuli non artantur separa-
cionem sed ponere xpistum mortuum
et sepultum non habet difficul-
tates distinctas potest ergo poni
sub uno Alii adhuc aliter
dicunt de quo per hostiensem in
summa [?] ti. quoniam et
in ugucione [?] liiii xxxiii
di. et xxxiiii et xlv In hac
tamen diversitate sufficit katholicis
stare symbolo prout iacet
sive dicant esse xii sive xiiii
sub distinccionibus premissis et
hoc sit dictum de numero articulorum
Sed quia hec sit mencio in
glosa quid teneantur clerici ad
articulos fidei et quo laici
ideo circa hoc queritur qualiter
quo teneantur fideles ad arti-
culos fidei Solvit Innocencius
dicens tenendum quod quedam est men- (fidei)
sura ad quam quilibet tenetur et
que sufficit simplicibus et [?]
forte omnibus laicis scilicet quia
oportet quemlibet adultum accedentem
ad fidem credere quod deus est
et quod est remunerator omnium bo-
norum Item oportet quod credat alios
articulos implicite id est credere oportet
verum esse quicquid credit ecclesia ka-
tholica hanc autem mensuram
excedere debent prelati ecclesiarum
quicunque curam animarum habent quia expli-
cite debent articulos fidei expli-
cite et distincte qui continentur
in symbolo scilicet credo in unum deum
etc et quicunque vult xxxiii
di. c. ii et c. se. Episcopi autem debent

plus scire quia debent scire articulos
fidei omni poscenti reddere ra-
tionem xxxviii di. si. ecce. xxx
viii di. omnes. Et tamen Innocencius quod
non tenetur in continenti de quolibet
respondere sed prehabita deliberatione
et etiam si oportuit cum aliorum
consilio. Item non negat etc. quod
papa et alii superiores prelati
possunt dispensare cum clericis
tamen etiam minus litteratis et
minus industris sufficientem videre
inccia nisi sit propter defectum cle-
ricis aut in prioribus satis videtur.
Item cum quod si essent pauperes
qui non possent intendere stu-
dio quia non habent ingressus vel
expensas et quia oportet eos ma-
nibus propriis victum querere quod eis
sufficiat scire sicut simplicibus
et laicis et aliquantulum plus scili-
cet de sacramento altaris. Nam
oportet eos credere quod in sacramento al-
taris conficiatur verum corpus xpi
et hoc ideo quia cum illud cot-
tidie et continue tractant plus
quam laici. Si autem habent ingressus
et expensas ad discendum, tunc
peccant nisi plus proficiant in
cognitione districta fidei quam lay-
ci. Dicit tamen alius qui imperiti-
a eius primam de ignorantia vel po-
cius de negligentia sciendi structuram
ut diligenter attendat quare
ingenio non proficiunt vel propter
duriciam ingenii, vel quia eos
oportuit tamen alia opera caritatis
intendere, puta circa eos liberanda
necessaria consortibus suis vel pau-
peribus vel hospitalibus et idem de
aliis operibus bonis. Ita quod non
tenentur ad explicitam cognitionem

articulorum. Item licet eis expli-
cite cognitionem proponere alia opera
pietatis. Item etiam si eos causat
fuit illi scire fidei proponere
alias scientias ut si vellent ad-
discere scientiam iuris ut pauperes
in iudicio defendat hic opi-
natur non peccat secundum Innocencium
tamen ipse credit quod non debent ita
proponere scientiam cognitionis fidei quin
in ea proficiat. Et bene videtur
quod semper plus debent intendere
circa cognitionem predictorum quam circa
cognitionem iuris propter quam eorum pre-
sides habent ab ecclesia nisi in
gratia eos ista ea moneat.
Item vide secundum eundem quod eos laicos
quibus deus dat talentum sub-
tilis ingenii quod melius faciunt
si suum ingenium impendunt
in cognitione predictorum quam
unus non videat quod peccent
etiam si eas non intendunt, vel
aut quod sufficere quod talenta
sibi credita non abscondat in
terram in tremis sed bonis ope-
ribus insistant. Item quantum vale-
at implicita fides. Et Innocencius
secundum quosdam tamen ipsum valet
quod si aliquis eam habet scilicet quia
credit quicquid ecclesia credit
licet false opinetur aliqua
ratione naturali motus videlicet quod pater
maior vel prior sit filio vel
quod tres persone sint tres res
ab invicem distantes, quod non
est hereticus, nec peccat dummodo
cum suum errorem non defendat
et hoc ipsum credit ecclesiam
sic credere et sua opinio fidei
ecclesie supponit, quia licet male
opinetur tamen illa non est fides
sua immo fides sua est fides

ecclesie. i. e. condampnamus eciam si-
nem, quod est non dignum de-
nuncio ad finem de premio
credencium et pena non creden-
cium, dic ut in glosa et tum de
hoc rubro, sequitur capitulum

Firmiter | Canon iste famosus et
allegabilis in hoc titulo non potest
congrue summari propter multitudinem
dictorum, sed eciam expedit quo
quo ad literam clarus habetur et
dividitur quia primo tractat de sum-
ma trinitate et de operibus ipsius
trinitatis et de fide katholica
ac de articulis fidei, 2o tractat de
sacramentis ibi Una vero.

¶ Ex casu in titulo patet sequentia
sub tali verborum forma. In con-
cilio generali cui Innocencius tercius pre-
sidebat circa materiam huius de sum-
ma trinitate et fidei katholice sta-
tutum fuit quod unusquisque fir-
miter credat et simpliciter confiteatur
quod unus solus est deus verus
eternus immensus incommutabilis in-
comprehensibilis [illegible] ut habetur in litera
tres quidem persone sed una es-
sencia substancia seu natura pa-
ter filius spiritus sanctus, pater ge-
nerans filius nascens et spiritus
sanctus procedens ab utroque, unum
universorum principium creator
omnium visibilium et invisibilium,
qui sua omnipotenti virtute
simul ab inicio temporis utramque de
nichilo condidit creaturam spiri-
tualem et corporalem, videlicet ange-
licam et mundanam. Demum con-
firmit quod hec sancta trinitas pro
per moysen et sanctos prophetas
ordinatissimam disposicionem
temporum doctrinam humano generi
tribuit salutarem. Et tandem uni-
genitus dei filius ihesus christus a
tota trinitate pariter incarnatus
et ex maria semper virgine natus ve-
rus homo in duabus naturis una persona
viam vite manifestius demonstravit
et quod in mundum veniens pro salute
humani generis in humano corpore
passus est, mortuus et sepultus
et descendit ad inferos, tercia
die resurgens a mortuis
ascendit ad celos, inde adhuc
in fine seculi venturus est iudi-
care vivos et mortuos et
reddere unicuique iuxta opera
singulorum bona sive mala. Item se-
cundo exprimit quod una sit
fidelium universalis ecclesia extra
quam nullus omnino salvatur. In qua
idem ipse sacerdos est et sacrifi-
cium ihesus christus, cuius corpus
et sanguis in sacramento altaris
sub speciebus panis et vini veraciter
continentur. Et hoc sacramentum nullus
conficere potest nisi sacerdos qui rite
fuit secundum claves ecclesie ordi-
natus, quas ipse concessit apostolis
et eorum successoribus ihesus christus.

¶ Sacramentum vero baptismi tam parvu-
lis quam adultis in forma ecclesie
a quocumque rite collatum proficit
ad salutem, et si post susceptionem
baptismi quispiam prolapsus
fuerit in peccatum per veram potest
penitenciam reparari. In fine disponit
quod non solum virgines et continen-
tes, verum eciam coniugati per fidem
rectam et operacionem bonam pla-
centes deo ad eternam merentur
beatitudinem pervenire.

¶ Sequitur litera. Ro. po. qualiter
totum istum canonem proponat coram
hereticos seu de fide suspectos
ut videat si credunt ea que

hic circa trinitatem, circa diuinitatem
et humanitatem xpisti credenda con-
tinentur etc.

Nota primo secundo quantum ad textum
quod firmiter credere debemus ea que
sunt fidei katholice, de hoc in
glo. i. que assignando rationem
dicit etc. et in ea ibi probari
que probatio fit per creaturas, nichil
quidem est certius fide eo quod de re
certissima est scilicet de deo, hec
tamen sunt orationes seu decla-
rationes de quo in c. firmiter in secun-
do notabili, dicit tamen ysidorus
quod firmitas est animi constantia
qua quis rei ita tenaciter in-
heret quod ab ea aliquo impul-
su euelli uel separari non potest
et tenemur firmiter credere debemus
circa fidem katholicam hoc uult c.
in principio cum dicit firmiter credimus

Tercio nota ex hoc quod credulitas
quam habemus de fide debet esse
sine dubio de hoc in glo. ii.
dicit et in ea ibi sine quod
uim ad hoc genus mendacium ul-
la condicione quis debet adduci
xxii. q. ii. primum sunt bonorum
sed nec ad aliud de hoc per hostiensem
in summa de peni. § que interrogaciones sub § dixisti

Quarto nota quod debemus simpliciter cre-
dere ea que sunt fidei et dico
simpliciter. i. sine plica seu inuo-
lucione, de hoc in glo. iii. que
etiam ad hoc ponit similia, unde
dicit et in ea ibi, l. ii. ibi dicit
quod scripta in testamento que non intel-
liguntur habentur proinde ac si scripta
non essent reliqua per se ualent
et ibi nichil sequitur interest
negare tacere uel obscure respon-
dere, in fine quod si fiat de

est ut notatur in c. de sponsa ex-
tra. in c. et in regula contra eum
lib. vi.

Quinto noto quod unus solus est uerus
deus et de hoc quod dicit unus di-
catur ut notat glo. iii. in c. in
clemen. una § ad hec et
est unus deus, ne differentia
gradiens seu graduatio pugnantium pug-
na uel corruptio inducatur est
etiam hec ut in c. c. et hoc
ne solitudo uel singularitas
cum ut unus potentum ut unus
bonum aut unus felicium ordinat
Est et alia ratio unus quia
omnis numerus ab unitate, unitas
a nullo, sic et deus est a se et
non ab alio, dicitur etiam unus
adhuc alia ratione de qua in
glo. iiii. que dicit in eo autem quod
deus uerus hoc dictum est ut
dicit glo. uerbo ad differentiam fictorum
deorum Et dicit b. Tho. hic in
Commento quod dicitur uerus quia
esse diuinum uerum et ualet dicere deus aliqui
autem dicuntur dii non quidem uere
sed per adoptionem ut participationem
diuinitatis siue per interpretationem
de quo ps. ego dixi
dii estis, dicuntur etiam aliqui dii
secundum opinionem errantium populorum
hominum omnes dii gentium de-
monia, et utroque modo potest
intelligi glo. premissa, in eo
quod dicitur quod hic dicitur deus uerus
ad differentiam fictorum

Sexto nota quod deus est eternus
de hoc in glo. vi. que dicit etc.
et secundum Boe. eternitas dei sola est
et secundum Boe. eternitas est interminabilis uite pos-
sessio tota simul et dicit b. Tho.
dicitur deus eternus quia caret
principio et fine et quia eius esse
non uariatur per preteritum uel futurum

nichil cui ei subtrahitur nec
aliquid ei de novo eciam adve-
nire potest unde de se dicit Exod
iij Ego sum qui sum, quia eciam
esse suum precialiter habet esse et
non novit preteritum vel futurum
Septimo notatur quod deus est incessabilis
quod eo potest sequi glo. que dicit
sustinere infra omnia non depressus
et facit ad hoc, quod dicit Bernardus (relig)
et ver sac. c. uno. libro in
principio et in Jeronimo c. v. ubi dicit
quod semper omnia est regendo atque
imperando, subtus omnia sustinen-
do laterum portando non ponde-
re laboris sed infatigabili virtute
Octavo nota quod deus est incommuta-
bilis, de hoc in glo. sequente
dicit. Et in ea ibi Boecius 3o de conso-
la. ibi dicit ut ibi notatur
Et dicit b. Thomas quod dicit incom-
mutabilis, quia nulla apud
ipsum variacio Jaco. primo apud
quem non est transmutacionis nec
vicissitudinis obumbracio, et
dicit incommutabile hoc est va-
leo id quod idem est et in eodem
se permanet etc.
Nono noto quod deus est incom-
prehensibilis et omnipotens, de hoc
in duabus glo. sequentibus. Et in ea
ibi in veteri potuit similitudine
Exo. xix ubi iubebat lapi-
dari etc. iumentum tangens mon-
tem et habetur ad hebreos xij
ibi bestia, id est homo qui dicitur
bestia quia peccat, ibi tetigit
peccando ibi montem, id est deum
vel dicatur tetigit, id est tangere
voluit hoc est indagare
cum ad hoc non sufficiat intel-
lectus humanus ut supra dixi

Eccli iij Alciora te ne quesieris
et forciora te ne scrutatus fueris. Augustinus
ad volusianum demus deum aliquid
posse quod fateamur nos investi-
gare non posse. Jero. contra pela-
gium voluntas dei non discucien-
da sed cum gratiarum accione pandenda
est. Gregorius super Job c. ... sta
dei debemus venerari quia iu-
sta esse non possunt non discucienda qua-
rum consilium sui querere contra
cum est superbie, de hoc Jero.
super parabolas in fi. Item dicit
quod illud ingenium confusionem rem-
piet quod versatur circa hoc ut or
quod fuit in alto quod in imo
quod fuit primo, quod erit ulterius
infine ad Rom. xj de peni di
iuij si eo bono in glo. h. infine
etc.
Item noto quod deus est ineffa-
bilis de hoc in glo. sequente quid vel-
lis potest sufficienter effari laudes
ipsius celestis vel iij exaltate il-
lum quantum potestis, maior
enim est omni laude
Item noto breviter de trinitate per-
sonarum in dignitate quod sit pater
et filius et spiritus sanctus. Et de fi-
lio dicit. Et in ea ibi [illegible] Coe una
in principio, quod equalitas cum patre sub-
sistit in hijs omnibus in quibus
deus pater consistit ~~personalibus
dignitate quod sit pater et
filius et spiritus sanctus Et de filio
dicit etc.~~ In eo autem quod
hic dicitur de spiritu sancto, dampnatur
error Macedonij qui dicebat
spiritum sanctum non esse deum sed sancti
patris et filij ... esse
sui hostem. Et dicit b. Thomas quod
in hoc quod dicit de tribus personis
aliqui dimisso de erravit Sabellius

incommutabilis deus idemque ipse eternus sua semper
... legitur ... et ... misericordia temperasse ... dicit glo. ea quod deus dicat
... vel ... vocat ... ea que
... non vocat

super ea non elatus i. non dis-
tans quia ubique presens alcius
super omnia non elatus altissimus
et incomprehensibilis

cum dixit, quod pater et filius
solis nominibus distinguuntur, dicens
eandem esse personam, que quandoque
dicitur pater, quandoque filius, quandoque
spiritus sanctus propter diversas
raciones et de hoc xxiiii q. iii
quidam vero Sabellianos. Et
ad hoc excludendum dicit hic
quod tres sunt persone. Arrius non
dixit quod pater et filius sunt
diversa nomina ita et diverse
substancie et de hoc e. ti. vero Arria-
num et ad hoc excludendum dici-
tur hic quod sunt una substancia, de hoc
e. ti. ille una in glossa vi, dicit
ecclesia vero Thomas quod adiecit illa verba
substancia seu natura quia substancia secundum
diversum vocabulum aliter sumitur apud
nos aliter apud grecos. Nam
apud grecos ypostasis, i. substancia
accipitur, sicut apud nos perso-
na vel subsistente, quam dicimus
suppositum vel rem nature, sicut
hic homo ut petrus est suppositum
vel res nature. Apud nos vero
secundum quem usum loquimur, substancia
dicitur essencia vel natura rei sicut
cum humanitas dicitur natura hominis.
Vult ergo littera dicere quod in divinitate
tres persone subsistentes scilicet pa-
ter et filius et spiritus sanctus sunt una
omnino simul natura est in qua
subsistunt, quod in creaturis non
potest contingere, pone cum et pau-
lus et Iohannes licet sint tres subsis-
tentes in humana natura, non tamen in
una natura sunt cum tres homines
non unus homo sed pater et filius
et spiritus sanctus sicut sunt, non tres dii
sed unus deus ut hic dicit littera
Secundum quoniam. Nota quod pater et filius
et spiritus sanctus sunt una simplex
natura de hoc e. ti. e. ti. uno li. vi.

Et dicit vero Thomas hoc dici ne
possit aliquis prave intelligere
unam essenciam trium personarum
ita esse ut una pars illius
nature sit in patre, alia in filio a-
lia in spiritu sancto, sicut sunt tres
rivuli defluant ab uno fonte
tunc cum una pars aque est
in uno rivo, alia in alio etc.
Tercio Non sic autem est in divina
natura, quia tunc sequeretur
quod esset composita ex pluribus
partibus sicut si ex tribus rivulis
fiat unus fluvius dicitur ergo
divina natura simplex omni-
nulla composicione habens. Nam
omne compositum posterius est hiis
ex quibus componitur et sic si di-
vina natura esset composita, ali-
quid esset prius deo quod est
impossibile, et de hoc e. c. s. i. in

quarto Item Nota quod deus pater de
nullo est, filius a solo patre, spiri-
tus sanctus patri ab utroque
Et dicit Thomas quod per hoc respon-
detur ad id quod quidem posset
natura posset aliquis dicere si
divina natura est omnino simplex
unde ergo distinguuntur tres
persone. Ad quod dicitur quod dis-
tinguuntur sic quod pater a nul-
lo est filius a solo patre etc.
ubi considerandum quod quedam in
divinis absolute dicuntur, que est
et unum in tribus personis, sicut
quod dicitur deus bonus sapiens
et omnia huiusmodi, ubi vero conve-
nit distinccio, tunc illud non
dicitur absolute sed pertinet ad
relacionem, sicut dicitur pater
per relacionem originis, quia pater
a nullo est ut statim dicitur

et secundum hoc dicit incausabilis /
filius vero a patre est per generationem
secundum illud psalmi 2 / ego hodie
genui te / et secundum hoc patri
attribuitur paternitas / et filio fi-
liatio / spiritui autem sancto attribuitur
processio / quia procedit ab utroque
sed patri et filio attribuitur quod
spiratio qua quidem spirant spiri-
tum sanctum // Sunt ergo quinque noti-
ones id est notificationes que notifi-
cant personas in divinis et alias
dicuntur relationes / et de hiis summo
summas xxvi di. et i. q. i. c. [illegible] in
glossa nota ad intelligentiam et ibi
dicta // Et iste notiones sunt hee
paternitas per quam ostenditur quod a pa-
tre est filius / filiatio per
quam ostenditur quod filius est a patre
processio per quam ostenditur quod spiritus
sanctus est a patre et filio / innasc-
ibilitas per quam ostenditur quod pater
a nullo est / quinta spiratio per
quam ostenditur quod pater et filius
quidem spirant spiritum sanctum / et hec
ultima est contra grecos qui di-
cunt spiritum sanctum procedere a
solo patre / de quo i. q. i. c.
uno li. vi° in glossa confundit
Item nota quod filius est a patre
et spiritus sanctus a patre et filio
ab eterno et in eternum sic erit
quod vult littera ibi absque ini-
tio semper et fine // Et dicit
illud hoc dictum ad concludendum
falsam cogitationem que surgere posset
contra rebus humanis / quia filius
non fuit a patre quantum [illegible] aliquis
cuius genitus fuit // Sic ergo
potest videri quod filius in divinis
non fuit [illegible] ut spiritus sanctus
fuit a patre et filio procedens quod
concludit per hanc litteram et potest

exemplificari de radio solis qui
statim fuit / cum sol fuit et
cum quod diu sol est / hoc tamen exem-
plum non est omnino sufficiens / quia sol
non fuit et fuit nunc radius eius
deus autem pater semper genuit de-
um filium et a patre et filio
semper processit spiritus sanctus // ponitur
etiam aliud exemplum in anima humana
in qua verbum mentis conceptum a
memoria procedit et ab utroque scilicet
a verbo concepto et memoria proce-
dit amor / et ita etiam a patre
procedit filius sicut verbum eius / et
spiritus sanctus procedit ab utroque
sicut amor quidam utriusque // Sed hoc
tamen exemplum deficit in duobus / primo 1
quia intellectus humanus non semper
fuit / 2° quia non semper verbum in cor- 2
de suo actualiter concipit sed
intellectus divinus semper fuit / et semper
absque intermissione intelligit
unde semper in eo oritur verbum quod
est filius et procedit amor qui
est spiritus sanctus

Item consequenter littera quod pater et
filius et spiritus sanctus sunt consubstantiales
et coequales / coomnipotentes et
coeterni / et sunt unum principium univer-
sorum ut dicit littera / et quod dicit coom-
nipotentes declarat glossa in eodem
verbo // Quod autem dicit coeternum dictum
est ut in c. Ille una e. ti. predicto
in glossa arriani et taygeti scilicet
in uno genere // Et quod dicit unum uni-
versorum principium est contra manicheos
[illegible] qui dicunt duo principia
[illegible] marchio-
niste // Et dico quod est principium prin-
cipians non principiatum // Et hoc
quod sit necessarium dare unum principium
increatum est ratio / quia aliter iretur
in infinitum / ubi enim ponitur
aliquid creatum ponitur et creator

Si aut creator s poneretur alium
creatore et sic ascendendo ireturr
in infinitum Item si deus incepisset
esse oportuisset quod conicet de
potencia essendi ad actum essendi
et ad hoc non potuisset seipm
educere, quia tunc ipse precessisset
suum esse vel seipsum, quod non
est intelligibile Item aut sit unum
tale principium et non plura probatur
per Egidium quia si essent plura, vel
unum et tunc unum destrueret
alterum aut concordarent a n equali-
a, et tunc illud quod esset minus
non esset perfectum et sic conse p-
veniencia essent imperfecta
unum contra id Genesis primo et erant
omnia valde bona Aut equa-
lia, et aut omnipotens et alterum
superflueret Aut non omnipotencia
et non possent esse principium
Item noto quod eo dicit verbo
in eo quod dicit pater et filius sunt
consubstanciales etc quod consequenter implicatur
error Arrii de quo dicitur ubi dicit
Thomas considerandum quod Arriani pro-
nebant filio priorem, primo quantum
ad essenciam dicentes quod essencia
patris est dignior quam essencia
filii et ad hoc concludendum dicitur con-
substanciales quia essencia patris et filii
est una et in nullo differunt 2o
ponebant quantum ad magnitudinem
non quod ideo sit magnitudo mo-
lis sed virtutis que est perfectio bonitatis
sue, dicebat enim priorem maio-
rem filio esse secundum quantitatem
et ad hoc concludendum dicit littera coe-
qualis secundum quantitatem unum est
quod pater est maior Johannis xiiij
pater maior me est 3o quantum
ad potestatem, dicentes filium non
esse omnipotentem ad quod concludendum

dicit omnipotentem 4o ad
eternitatem dicentes filium non semper fuisse
ad quod concludendum

dicit coeternum, quinto quantum ad opera-
cionem, dicentes quod pater operatur
per filium sicut per ministrum, ad quod
concludendum dicit unum omnium
principium, pater enim et filius sunt
unum principium, et quod dictum est de
filio intelligendum est etiam de spiritu
sancto ut vult hec littera
Item noto quod deus est creator omnium
visibilium et invisibilium spiritualium
et corporalium et dicit Egidius quod vult
hoc probare eliminavit hoc con-
tra aliud contra quosdam hereticos
qui negant visibilia et corpora-
lia esse creata a deo Et dico
ad litteram ibi spiritualium et corpora-
lium quod per hoc exponit id quod
predixit, ut per visibilibus intelli-
gat corporalia et invisibilibus
spiritualia etc
Item noto quod deus sua omnipoten-
tia virtute creavit omnia et dicit
Thomas, quod hoc dicit sua virtute ad
concludendum errorem ponencium
quod deus non immediate creavit mundum
sed mediantibus angelis et hic fuit
error Menandrinorum de quo
xxiiij q iij quidam sunt Mena-
driani
Item noto quod deus creavit simul
spirituales et corporales creaturas
et per hoc concludit errorem Ori-
genis ponentis quod deus a principio
creavit solum spirituales crea-
turas et postea quibusdam eo-
rum peccantibus creavit corpo-
ribus quibus quasi vinculis
ille spirituales alligaret, dicto
c. quidam sunt origeniani et
de hoc in glosa super verbo simul
ab inicio et in ea ibi unum salo-
mon ecci xviij quidam hic di-
cunt quod Salomon non fecit illud

librum ff aliud In fine idem
not xxxv di sexto die
in glo i Et dicit ab quod crea
ut sunt omnia in materia infor
mi ut hic et cum distinccione
dierum deduxit in forma de eo
c sexto die
Item Ro. quod deus abinicio temporis
creavit spirituale et corporalem
creaturam de michelo et in eo
quod dicit abinicio temporis conclu
ditur error Aristotilis et philosophorum
dicencium mundum ab eterno Item
aut quod dicit de michelo conclu ditur
error anaxagore dicentis
mundum factum ex aliquo pre
iacenti sed non mundi ab eterno
extitisse
Item ex eadem lra noto ibi abini
cio temporis quod hec tria sunt incepe
runt tempus angli et creatura
mundana et exponatur lra ibi
sunt abinicio temporis i. simul cum
tempore cum tempus tamen non esset
Item noto hic quod deus post creatu
ram spiritualem et corporalem
creavit humanam ibi ac deinde
humanam de hoc in glo in verbo
humana Et si quaerat cur
homo qui post angelos est
creatura nobilissima creatus
fuit post bruta et reptilia Respondet
Augustinus hoc fecit propter
humiliacionem ne superbiret cum
sumeret ex ordine primogeni
ture Creatus enim fuit ad ymagi
nem dei quantum ad naturalia
et ad similitudinem quantum ad gra
tuita i. virtutes ex quibus
ingeri poterat superbiendi occa
sio et hac de causa primus
homo in agro damasceno
formatus fuit ex limo terre
et in paradisum translatus est ut

sciret quod esse paradisi non esset
nature sed gracie Item cum aliis creaturis
conferri debet equum fuit illas
prius creari Item sum Io. an. alia
causa hic colligitur ibi in lra
que quedam ex spiritu et corpore
etc
Ex qua lra noto etiam quod creatura
humana est que quidem respectu
spiritualis et corporalis creature
de hoc in glo in verbo que quedam
et in ea ibi sentimus habet enim
esse cum lapidibus vivere cum
plantis et sic homo est ar
monia omnis creature Est autem
armonia consonancia plurimorum
creaturarum In fine Sic et clerici
seculares habent se ad religiosos
et ad laicos Sic et iura ca
nonica ad theologiam et civi
lem sic et emphiteosis advena
dictionem et locacionem C de iure
emphiteo. l. i. host
Item noto ex lra quod dyabolus
et alii demones natura creati sunt
boni et dicitur dyabolus a dya
quod est duo etc ut in glo etc
Et dicit Tho. quod per hoc quod hic dicitur
demones creatos bonos tollitur
error manicheorum ponencium duo
principia esse unum creatricem unum
creaturarum bonarum aliud creatricem
creaturarum malarum dicto. c quidam
v manichei quod non procedit
quia omnes creature natura sunt bone
ut hic In fine hoc tamen non placet sed h
Iaco quod grece dicitur dyabolus
criminator etc
Item ex verbo hec autem noto quod filius
dei a tota trinitate fuit incarnatus
Quare autem illo tempore et non alio
prius vel post et quare ex maria
virgine non ex alia muliere nata
est i. Ecce una in glo quod

tempus Et in eo quod hic dicit
filium incarnatum concluditur
error Sabellianorum dicentium
unam esse personam patris et filii
et spiritus sancti et sic secundum eos
eciam pater et spiritus sanctus
fuisset incarnati Et quod
dicitur in glo verbo incarnatus
hic conpletur explicacio primi
articuli fidei intelligendum est
quo ad articulos concernentes huma
nitatem etc.

Item nota quod maria semper fuit
virgo et per hoc tollitur error
de quo patet de libro sig. c. iiij
et v. Item nota quod christus est
verus homo ex anima racionali
et carne compositus et in hoc di
co quod anima racionalis vere et essen
cialiter informat corpus humanum
patet extra ti. Cle una in principio et
ibi omnes christiani tenentur iudi
care haeretica de hoc ibi in glo
iiij ubi notatur quod hoc est
contra fidem incarnacionis et contra
fidem nostre resurreccionis Et per
hoc eciam tollitur error Nestorii
qui dixit quod christus non erat unus
et idem deus et homo sed separatim
alter filius dei alter hominis de
quo superius littera c quidam vero
nestoriani etc.

Item nota quod in christo est una
persona in duabus naturis et
ex hoc infertur quod christus secundum
quod homo non est persona, nam
secundum Ricardum concepta anima fuit
humanitas statim fuit unita
ille hominis filius dei, deus enim et
homo simul unitus fecit christum
Et dicitur quod concepto fuit homo
humanitas fuit suppositata
per personam ipsius filii et sic in
una persona ipsius fuit due na
tura et humana et de hoc in

glo in verbo una Et in ca
ibi natiuitas secundum legem et agnie [margin: 2m firmiter]

Item nota quod christus secundum divini
tate est impassibilis, sed secundum
humanitatem passibilis fuit et
quod dicitur passibilis notatur
extra ti. Cle una in principio in glo
in tantum

Item nota quod christus descendit
ad inferos in anima tantum et dicitur
per quod electos quos ibi fuit
cassata quia in hoc articulo ma
le respondit. Item christus vo
cius iudicaturus est vivos
et mortuos Et quod dicitur
vivos verum est id est illos qui
reperientur vivi in adventu iu
dicis, non tamen debet intelligi quod
tunc vivant nam et ipsi mori
entur et resurgent Mortuos
autem dico illos qui prius erant
mortui secundum b. Tho. qui eciam
aliter exponit ut intelligamus
vivos et mortuos id est iustos
et peccatores, prima exposicio
communior

Item nota quod christus in die iudi
cii reddet singulis secundum merita
quod est contra aliquos ponentes
quod in finali iudicio aliqui
saluabuntur precibus aliquorum [margin: scotus]

Item colligo quod omnes resurgent
in suis corporibus, et est articulus
quod tunc lingwe loquentur, ad
quod id est di. si quis diaconus ubi
de hoc licet et hoc est contra quos
dam dicentes quod resurgent sine
corporibus que nunc habent sed ha
bebunt corpora de celo allata
quod est contra apostolum qui ad
Corinth xv. oportet corrup
tibile hoc induere incorrupcionem
et hoc ultimum tangit hic

cata in glo etc.
Ultimo nota quod in iudicio ma-
li recipient penam perpetuam et
boni gloriam sempiternam quod
est contra origenem qui dixit
quod pena dampnatorum non erit
perpetua et similiter quod gloria
beatorum non erit perpetua etc.
Commendando autem litteram oppo-
nitur primo in eo quod dicit deus est in-
commutabilis, nam deus sepe
mutat sententiam sua xxxij q.
iiij ... et c. ... gl.
... glo in verbo incommutabilis
hoc tangit et non soluit, tamen
ex ea potest colligi solucio quod
deus mutet sententiam, non quia
ipse in se mutet sed mutat
quo ad nos quia punit semel
boni vel mali peccatum vel
punit, de hoc tamen dicatur ple-
nius sicut quod ea que deus lo-
quitur commendando reuocat
sepe ut in contrario sed non reuo-
cat quod dicit asserendo ut
hic, simile de peccatore asserte
de ... cum cessante. Et in hoc
dicit ... prima parte summe
questione ... articulo vij, aliud est
mutare voluntatem, aliud
velle aliquam rerum mutacionem
mutare voluntatem potest im-
mutatam voluntatem sed velle ali-
quam rerum mutacionem non potest
mutacionem voluntatis et hoc
sic patet quod potest aliquis
eadem voluntate manente etc.
ut ... potest cum aliquis eadem
voluntate manente, velle
quod non fiat aliquid et post ea
contrarium sicut cum papa mandat
in ... facultates certum
numerum in ecclesia statuit tamen
si augeret facultates, desinit
numerus eadem ... voluntate manen-
te de consilio cum ... et
hoc est velle rerum mutacionem
sed voluntas dei mutari tamen
bonum vult quod post ea velle
desinit, regula quod semel
et regula mutare, li. vj. quod
non potest esse deo qui non mu-
tatur ideo dicitur quod mutat sententiam
sed quantum ad effectum sed non con-
silium.
Item 2º oppo. contra hoc quod dicit
deum omnipotentem cum tamen peccare
non possit, de peni. di. ij. si
caritas, item deus non potest currere
vel quod sibi facere. Glo. que omnia
soluit, quod deus potest omnia que
decet eius potenciam, et quod
posse est aliquid posse, et
ex hoc quo ad primum concordat
dicit glo., quod deus peccare non
potest quia peccare non est ali-
quid posse ... ita dicit glo. ... nos
dicatur quod peccare est aliquid
non posse quod ponit magnum
defectum ut dicitur in psalterio
... cantus. Ad aliud quod dicit
deum non posse currere, dicatur breuiter
quod ex hoc quod sit omnipotens non
sequitur quod possit currere sed dicere
deus ergo potest cursum facere, quod
currere sedere non cadunt in deum
de hoc per summam di. ... ubi
dicitur quod licet huiusmodi actiones
deus in se habere non possit, eas
tamen in creaturis potest operari, facit
enim ut homo ambulet et
loquatur et huiusmodi et sic dicitur
sed posse facere et currere ambulare

vult enim deus respiciendo super rem creatam
quod peccator puniatur et illi comminatur penam
et tamen cessante peccato cessat pena comminata
eadem voluntate remanente

comedere et similia non deceret
deum quia ista predicata non dicunt
perfectionem simpliciter et sic sonant sed
impossibilia deo quia omne inde-
cens est deo impossibile, quod autem
ista importat imperfectionem patet
quia qui currit ideo currit
quia sibi aliquid deficit quod
querit in termino ad quem currit
Sic qui comedit bibit et
similia facit etc. Et qualiter
sciendum quod deus est omnipotens
non tamen res etiam impossibiles et
desperatas donare potest C de
hote iure emi l. ii ad fug
re colup. Et apparet eius omni-
potentia precipue in duobus, quia non
aliquid ad patiendum ei corrup-
tionem potest inferre, nec ad facien-
dum quod vult impedimentum af-
ferre, dicitur tamen deus non pos-
se suscitare virginem post rui-
nam quia hoc implicat contradic-
tionem, nec quod preteritum est non
potest non fuisse. ff de capti-
vis et postliminio reversis in bello
facto xxxii q. v. si paulus
sed tamen eam integram reddere
de quo in dicto c. si paulus
in glo. ibi Augustinus contra Fau-
stum quod deus non potest facere iniusta
ideo est, quia ipse est sum-
ma iustitia, et non posse men-
tiri magna est dei potentia
¶ Alie oppositiones cum dubiis con-
firmabuntur in glo. Et quo-
modo glosatur in eo quod dicit
littera xpm resurrexisse a
mortuis quod intelligitur esse
in carne glorificata, in dubi-
tari potest in quo consistit hec

glorificatio, dicit ipse quod in iiii^{or}
dotibus, que sunt subtilitas
agilitas claritas et impas-
sibilitas. Et in eo quod hic dicit
xpm habuisse carnem dicit
bincf et host. quod unio anime
ad carnem fecit ipsum hominem
et in hoc videntur colligi tres
uniones una divinitatis ad
animam, alia divinitatis ad car-
nem 3a anime ad carnem et
hoc ut dixi fecit ipsum hominem
Alii tamen dicunt tantum duas u-
niones una anime ad carnem
alia divinitatis ad animam et car-
nem et in hoc qualiter dicatur
non multum refert secundum scientiam
Et dicit host. quod concepto verbo
caro sua fuit statim anima
unita fuit corpori et perfectus
homo fuit vir. Iere. xxxi.
Novum faciet dominus super terram
mulier circumdabit virum et
sic fuit in momento verus
deus et homo de here tamen
corpus in hac tamen unione
tante ymaginandum est ita quod
concepto anima fuit unita cor-
pori quantitas illa fuit u-
nita deo et supposita per-
sona filii dei et sic non
fuit dabile tempus in quo huma-
nitas xpi fuisset sine divina
persona filii dei et ex hoc
convincit quod xpus est una persona
in duabus naturis ergo hoc ...
sequitur ... loquendo fi-
lius dei non assumpsit hominem
sed humanitatem alias si hominem
assumpsisset esset ut saltem
fuisset in xpo due persone
quod est hereticum, et quod di-

per verbum homo quem assump
sisti et ibi tu ad liberandum sus
cepturus hominem ibi caput ho
minem per humanitatem. Hic patet
quo intelligendum sit quod humanitas
Christi non facit personam sicut
facit ipse Paulo et cetera sed natura
humana et divina in eo sunt una
persona hoc est fides katholica
Nunc tractando materiam glosarum
istius partis. Opponitur in eo quod dicit
pater et filius et spiritus sanctus sunt
doctrini et cooperatores. In
symbolo namque dicitur quod non
sunt tres doctrini sed unus eternus
Glosa in verbo doctrini movet
hoc et solvit unde dicit. Inferius
hoc plenius declaratur id est
quod in glosa non ad intelligendum
tribus dicam
Sed pro expeditione glose pre
cedentis in verbo simpliciter omnino que
ro quare hoc dicat quod pater
et filius et spiritus sanctus sunt una essen
tia simpliciter omnino. Ad hoc dico quod
ideo ut excludat omnem composi
tionem que est multiplex ut dicit
glosa predicta et cetera dicit ut in ipsa
et in ea ibi compositionis nam
si esset quid compositum, esset
dare aliquid prius deo scilicet
partem eius quod non est intelli
gibile spiritui sancto. Alii dicunt
quod memoria patri intelligentia
filio voluntas spiritui sancto. Alii
quod intellectus patri volun
tas filio memoria spiritui sancto
sed tamen in hoc non multum ex
pedit insistere quia ista omnia
sola non sunt sufficientia
Consequenter ex hiis quo patet
quod substantia divina non est composita
ex verbo et carne ut dixit
Euchites vide ca. Sed certa
sed est omnino simplex nulla tamen
compositionem. Glosa sequentes plures
tractare sunt id est. Glosa in verbo
demones posset tractari pro op
positionem in eo quod dicit littera demo
nes creati sunt natura boni, ex
hoc sequitur quod ex bono procedat
malum, glosa tangit sed forte litteram
non solvit sed satis solvit in littera
quia demones per se ipsos id est
sine alterius suggestione pec
caverunt, tunc processit hoc peccatum
ex bono sed ex malo, id est corrup
pta intentione. Et dicit littera omnes
quod demones creati sunt in statu
innocentie sed ex libero arbitrio
facti sunt mali unde dicit Goff.
et glosa xxiii di. qui episcopus
quod angeli ~~stetit ad bonum~~
~~et motum dyaboli contra~~
dyaboli et hoc per liberum
arbitrium angeli uti sunt ad bo
num et motum dyaboli contra
homo ad utrumque dicit eciam Vale
rius li. vi° c. ii in principio liber
tas animi inter virtutes utrumque
posita si salubri modo se tempe
ravit laude, si quo non debu
it profudit reprehensionem meretur
Nam sed quia visum est quod de
mones natura creati sunt boni, du
bium relinquitur circa creationem hominis
viz an idem sit de homine. Glosa
in verbo creati tractat hoc du
bium et primo arguit quod non
sed tamen contrarium et opposita solvit
bene ita dicit et cetera et in eodem ibi
Apostolus ad Ephe. ii. Sed Brevi
de ut refert Ho. an. dicit quod
Apostolus loquitur de natura corrup
ta, non de natura creata, et

nullus ex consilio obligatur nisi fuerit fraudu-
lentum ut in dicta regula

iste Guido fuit archidiaconus
qui scripsit super decreto et sexto
li. ibi et immortalis .i. potens
non mori non aut immortalis
.i. non potens mori ut notatur
in c. placuit. .s. allegato in
glo. Infine de hoc de peni
di. iij. ille rex in glo. .s.
quidam

Glo. sequens in verbo suggestione
dyaboli lapsi hominis
et demonis, tractat quis
magis peccavit et quare de
ipsorum excusacionem posito quod
homo alius fuit peccatum quam
suum et quod deceptus peccat
et in ca. ibi. .s. qui igitur
ubi te scilicet corrupti salu
tares sunt ad fugam fortuitum
vel quod stile, etiam si alios ad
actum fuisset ibi. l. ij. insti.
et ff. de edili edic. l. bovem
.s. qui persuasu ubi non ex
cusatur fugit si alius sublisu
fugit ibi periculosus ex quo
illorum copiam here patet. Infine
de hoc .s. .s. de re iur. nemo
ex consilio li. vi. et dic ut
ibi etc.

Item hic dicit littera quod deus universorum
ordinatissima dispositionum
temporum doctrina humano generi
tribuit salutare. Queritur
que fuit hec dispositio. Glo.
sequens soluit distinguendo
tria tempora, tempus ante legem,
tempus sub lege et tempus gratie
de quo dicit etc. Infine facit
quod notatur de conse. di. .j. noc
te de tele missa consuluisti.

Advertendum aut circa hoc quod
hostis lacius prosequitur istam

materiam et dicit quod fundatur
huius dispositionis sumendum est a
primo genere humano, nam forma
to homine ad ymaginem dei
xxxiij. q. v. hec ymago et
Eva formata de eius latere
xxxiij. q. v. mulierem, dixit
eis dominus Crescite et multi
plicamini et ex hiis omnes des
cendimus secundum carnale genus
excepto domino nostro Ihesu, de
quo .s. in littera Adam ex sine
homine et femina Eva de homine
sine femina creati sunt. Ihesus
de femina sine homine natus
est, hunc locum unum magnum
est quod Ihesus sine viro de
virgine natus est, sed magnum
fuit et contra naturam quod Eva de
homine sine femina formaretur
infinite namque potentie fuit
quod Adam sine homine et femina
crearetur, ceteri aut homines ex
homine et femina descendimus
et isti naturali et communi lege vi
vimus, omnia enim creata eius
gratia que ex gratia hominum facta
sunt. ff. de usuris l. in pecudum
Et hoc ius naturale potest dici
racionale quia cepit ab exor
dio racionalis creature v. di. c. .j.
Est et alia lex naturalis quam
omnibus animantibus insti. de
iusti. et iur. .s. .j. et de hiis
.s. di. ius naturale, quod aut naturale
racionale de quo statim dixi
consistebat in illud preceptum
quod tibi non vis fieri de quo
dixi .d. Ephemio. Et hoc
iure vixerunt homines ex parte
deiectionem de paradiso de peni
di. ij. principio ubi quamdiu
itaque calcabat pedibus tuis

ff. mandati l. si remunerandi .s. (?) de illo qui consuluit pecuniam
feneratam locandam in
emptionem prediorum
suorum feneratam ut ...

erat et sic concedebat o[mn]ia occupati instituto de reb[us] di[vi]ni[s]. ¶ Fere q[ue] multiplicato v[er]o genere huma[n]o p[ro]diit ius gentium et ex hoc regiones distincte sunt, bella exorta, servitutes secute et obligationes inducte iusti de iure naturali per ius gentium. Et sic an[te] legem mosaycam habemus tres leges, n[atur]alem quem n[atur]ale rationale, et legem indigenarum.

¶ Sed multiplicatis hominum delictis necesse fuit p[o]p[u]lo dari legem p[er] quam regeret et data fuit lex mosayca et deinde p[ro]phetica de quibus hic i[n] glo[ssa] ibi per moysen et p[ro]phetas et i[n] p[ri]n[cipi]o decretor[um]. Foroneus v[er]o rex leges civiles co[n]stituit et p[ost] eum alii de quibus vii di[stinctione] moyses et c[etera]. Sed ff. de origi[ne] iuris l. ii. Nove aut[em] leges a Constantino et successoribus fre[quenter] s[un]t, de q[ui]b[us] facti sunt duo Codices Gregorianus et Hermogenianus. Deinde Theodosius fecit suum et de hiis t[ri]b[us] Iustinianus Codex factus est, qui et p[ost]ea fuit emendatus p[ro]p[ter] legum decisiones et eo nunc utitur d[omi]n[u]s legis te[stante] [?] hoc C. de novo codice faciendo et vii di[stinctione] fuit. Et co[n]sistit legalis sapiencia in l libris pandectarum seu digestorum, iiii[or] institucionum, xii codicis, ix collacionum, lombarda et co[n]stitucionibus feudorum de quibus ultra an[te] e[?]eant [...] legum solet recitari in [...] desen[?] c. ii. et h[oc] legalis

sapiencia v[er]o p[er]mittit hominem i[n] paup[er]tate vivere ut i[n] aucto[ritate] [...] mo[n]i[achis] in auten. de hered[itate] et falci[dia] in fi[ne] et p[re]cio innaturalis de honestati v[er]o d[icitu]r ff. de vari[is] et extraordi[nariis] cog[nitionibus] l. i. § b. est quid[em]. Ex hiis h[ab]etur de t[ri]plici lege mosayca p[ro]phetica et civili. Que s[unt] aut[em] nato adveniit plenitudo gr[ati]e et data e[st] lex evangelica et ap[osto]lica et dicta sanctor[um] patrum in quibus novum testamentum co[n]sistit et ex duobus testamentis s[cilicet] veti et novo co[n]sistit theologia que instruit homine[m] ... et regit religiosos in co[n]templacione vive[n]tes. Civili v[er]o regunt[ur] advocati fideles et iusti iudices seculares ducentes vitam activam. Seculares v[er]o cl[er]ici indigebant s[e]c[un]da[rum] qua spiritualia et temporalia regerent et sic ex p[re]dictis duabus d[iv]ina viz[?] et civili canonica lex co[m]posita fuit hem[?] q[ue] t[em]p[or]e gr[ati]e legem evangelicam, apostolicam et canonicam et ex hiis s[un]t nove leges et [...] s[ecundu]m Host[iensem].

¶ Sequitur [...] una v[er]o et hic ut [...] dictum est i[n] p[ri]n[cipi]o tractat de sacramentis p[rim]o de eukaristia et intersecit de ordine 2o de baptismo ibi sacratum 3o de penitencia ibi et si p[ost] 4to de co[n]iugio ibi n[on] solum [...]

¶ Noto p[ri]mo ex isto [...] q[uod] ecclesia universalis est unica et dicit Host[iensis] q[uod] ideo hic d[icitu]r de universali q[uia] plures s[un]t p[ar]ticulares s[icu]t ab arbore plures rami [...]

a fonte plures rivuli a sole
plures radii Et dicit b. thomas quod
unitas ecclesie principaliter consi
stit propter fidei unitatem Nam
ecclesia nichil aliud est quam fidelium
congregacio secundum eum quem allegat
ta ubi de hoc in glo. i. et
propter hoc de consecracione di. i. ecclesia et
hoc modo sumitur hic ecclesia, su
mitur autem et aliis modis de
quibus ibi de verborum sig. cum clerici
in glo. ii.

Secundo nota quod extra ecclesiam nemo
salvatur racio patet quia ecclesia
est una propter unitatem fidei ut
dixi et sic qui est extra ecclesiam
est extra unitatem fidei, et ita
salvari non potest quia sine fide
impossibile est placere deo ad hebre
os xi.

Tercio nota. hic de sacramento altaris
et quod in eo sacramento corpus et
sanguis christi veraciter continentur
sub speciebus panis et vini Et
hoc vertitur ad excludendum erro
res dicencium quod in isto sacramento
sunt contineri substancia panis et
substancia corporis christi, quod est contra
verbum domini dicentis hoc est corpus
meum ut ergo ostendat quod in sacra
mento non remanet substancia panis
et vini sed solum species. i. accidencia
sine substancia, id est sub speciebus panis
et vini, de quo ibi de celebracione
missarum cum marthe § quesivisti

Quarto nota quod sacramentum corporis
et sanguinis christi non conficit
sacerdos nisi sacerdos rite or
dinatus quod est contra hereticos pau
peres de lugduno dicentes, quem
libet conficere posse, et quod dicit
rite denotat solempnitas, recte
non denotat eam ut notatur ff
de mortis testamentum l. ii. Et dicit
Joh. cal. quod rite denotat hic
solempnitas substancialem facit ibi
e. § ibi a quocumque rite etc.
et de cler. nichil Et dicendum
quod de solempnitate ordinis sa
cerdotalis est ut sit ordinatus
secundum claves ecclesie ut hic
in quo infertur quod non sufficit
dicere, sed subiungit propter hoc quod
notatur de sacramento non iterando c.
si sed oportet ut fiunt forma
ecclesie sicut sit in baptismo ut
hic et ibi de bap. c. i. dicta eius
de hoc ibi in prima opposicione

Quinto nota hic litteram de clavibus
ecclesie, et quod sunt plures na
tura dicit in plurali claves
propter hoc facit regula pluralis li. vi.o
Quidam tamen dicunt una tamen
esse clavem ecclesie scilicet potestatem
ad cuius usum conditio necessaria
est scientia, propter utramque opinionem
facit ibi de concessione prebenda tanta
Alii dicunt quod sit una clavis
fori iudicialis contenciosi alia
fori penitencialis voluntarii de
hoc per hostiensem in summa de re
missionibus § i. in principio, quomodo
est opinio quod sunt due claves
ecclesie scilicet potestas et scientia

Sexto nota quod premissas
claves christus concessit apostolis
et eorum successoribus, et quod a
christo dicit apostolus infert quod non
soli petro de hoc ibi de peni
et remissione nova quedam, quod
autem dicit successoribus large
sumitur ut comprehendat, non
solum episcopos qui sunt loco apostolorum
sed et alios sacerdotes qui sunt in loco
lxxii discipulorum ubi de hoc in glo.

epistola etc.

Septimo notabiliter de sacramento baptismi et de hoc in glossa ampliter que dicit etc. in ea ibi articulus qui non est unum quod sit articulus ut dixi supra rubrica etc.

Item nota quod baptismus a quocumque rite collatus tam parvulis quam adultis proficit ad salutem de hoc in glossa et etiam ipsarum dicta aut in una oppositione contra hoc aut ut dicit beatus Thomas. Ex quo concluditur error pellagianorum qui dicunt parvulos non habere peccatum propter quod eos oporteat absolui per baptismum.

Item notabiliter ex littera quod post primam peccatum quod possit reparari ad hoc de penitentia dist. i. multiplex et c. tres sunt. Et dico quod etiam tempore generalis interdicti de sententia excommunicationis alma lib. vi. et prima dicitur secunda tabula post naufragium de penitentia dist. i. prima. Et ex hoc concluditur error Novacianorum qui dicebant peccantes post baptismum non posse per penitentiam reparari etc.

Item notabiliter de septem ordinibus ecclesie in ea cum sint virgines continentes et coniugati de hoc in glossa ultima. Et de hiis ordinibus dicit Ieronimus quod discolores equi volute concordes, unum aurige iugum trahunt, et hec dicit propter Paula continentem Eustochium virgine et Paulina coniugatam, de hoc in epistola ii. ad Pamachium. Et de virginibus hic premittit quod virginitas ceteris paribus habent excellentiam. Ieronimus ad Paulam et Eustochium dicit esse angelum feliciter est, si esse virgine virtutis est cum hoc obtinere virtute ex gratia quod habet angelus ex natura etc.

Sed oppono contra istam partem, primo in eo quod dicit nemo etc. nisi sacerdos sit rite ordinatus ad conficiendum sacramentum ecclesie cum hec contra quod, etc. si non rite ordinatus fuerit tenet tamen collatio et conficiendi potestas, ut si plures sacri ordines eadem una die conferantur quod tamen fieri non debet de tempore ordinationum litteras. Solutio. Compositio quod non est de substantia vel forma ut plures ordines conferantur una die ut non, dico quod hoc intelligitur de rite ordinato quo ad id quod est de forma ecclesie, et sic licet iudei permittantur in suis ritibus volunt di qui sint ea, deinde, secundo ordinatus tamen secundum illos ritus non recipit caractere ordinis quia non precessit baptismus qui est ianua sacramentorum de presbitero non baptizato c. i. et ii.

/ sed dico quod conferre [illegible] tempore ordinationum limitatur ut de tempore ordinationum [illegible]

Item contra hoc quod hic dicitur de baptismo, oppono quod contritio videtur quod sufficiat loco baptismi de presbitero non baptizato iiii. baptismum vicem quod est melius est ab eo abstinere quam baptismum suscipere a quocumque puta heretico. Solutio ut notatur de consecratione dist. iiii. verum alias. c. ad hec in glossa parvi. Quia aut necessitate possit baptismus ab heretico recipi et non extra ecclesiam plene notatur xxiiii. q. i. Si quis. Cessante autem necessitate peccat non sacerdos qui baptizat ii. q. i. quidam de clerici non ordinati in extra. c. i. et per sacerdote post ea supplebuntur solite unctiones

ibi d[icitur] du[m] forte katholic[us] no[n] inveni[tur]
sacerdos est[ur] ab heretico bap[tizatur] [quod] s[upra] scripte
q[uod] melius perire

de quibus .i. de sacr[amento] unctio[nis] c[ap]
uno .i. q. i. s[upra] certe q[uod] in si[nodo]. Et
si[c] hoc intelligat glo[sa] p[ro]xi[ma]
hic que d[icit] [et]c. et in ea ibi
q[uod] quida[m] et c. dedit bap[tism]u[m]
iudas [et] alia tangu[n]t[ur] in glos[a] s[ua]
Glo[sa] in ubo est sac[ri]ficiu[m] de-
clarat t[ra]m et ponit figura[m]
[et]c. in ea ibi moyses ubi
ceciderunt v[el] de quibus hic
ibi duodena .i. ap[osto]los quibus
in die cene tradidit corpus
suu[m] ibi de quo d[icitur] in l[e]ge[m]
[et]c.
Glo[sa] sequens soluit una[m] q[uestio]ne[m]
quare ordinatu[m] sit q[uod] hoc
mo[do] et no[n] sub sp[eci]ebus p[ro]p[ri]is car-
nis et sanguinis corpus [Christi]
contineatur et fidelibus dispen-
saret et in ea ibi hoc e[ni]m
su[n]t et alie r[ati]o[n]es de quibus
de c[on]se[cratione] di. ii. forte, ubi causa
no[n] otur quare pocius sub his
q[uam] aliis speciebus [et]c.
Glo[sa] vult n[ota]t tres esse ordi-
nes in ecc[lesi]a in ea ibi q[ui]
no[n] expedit cu[m] ymo ex-
pedit xx vii q. i. sic enim
xxxii q. v. s[ed] paulus. Volu-
no[n] expedit [prop]t[er] ona[m] mat[ri]-
monii iste qualis cupit habere
excellentes gl[ori]a[m] in celo s[ed]
expedit accipe[re] uxorem
aliis respectibus puta [prop]t[er] for-
nicacionem vitanda[m] ut i. cor. vii.
Et [prop]t[er] varios respectus Socra-
tes consultus ab adolescente
an uxorem duceret vel non
respondit, cu[m] p[ri]mu[m] acturus
quodcumq[ue] istorum faceret r[ati]o[n]es
reddes quas pone valerius
li. vii. c. ii. sequitur c.

Damnamus

Firmat [et]c. pat[er] et filius et
spiritus sanctus una[m] unione[m] non
similitudinaria[m] vel collectiva[m]
sunt una s[ubstanti]a, asser[e]ns s[e]c[un]du[m] ea[m]
que s[ubstanti]a no[n] est generans ne[que]
genita ne[que] procedens, quia illi
actus attribuunt[ur] no[n] essentie
s[ed] p[er]sonis ne[que] p[ro]p[ter] hoc in t[r]initate
dicat esse quaternitatem et
contrarium sentientes heretici sunt
nisi parati sint se corrigere. Et
sunt dapnat doctrina[m] Joa-
chim abbatis p[rim]o ibi reprobamus
dapnat doctrina[m] alme[r]ica-
na sub diu[isione] q[uod] p[ri]mo reprobat
opinionem Joachim et post mo-
tiva eius 2o ibi nos aut[em]
approbat opinionem magistri petri
Lombardi qua[m] improbabat
Joachim 3o ibi cum q[uo]s respo[n]-
det auct[oritat]i qua[m] p[ro]babiliter mo-
vebat Joachim 4o ibi Si
quis dapnat tenetes opinionem
Joachim q[ui]nto ibi in nullo
protestatur p[ro] mo[n]asterio cui p[re]-
fuit Joachim [et]c.
Casus xo i[n] t[ali]ter sic p[ate]t s[ed] fr[atr]i
Magist[er] pe[trus] lombardus dixit
i[n] s[e]n[tent]iis suis q[uod] queda[m] su[m]ma
res est pat[er] [et] filius et s[piritus] s[anctus]
et illa su[m]ma res non est ge-
nerans ne[que] genita ne[que] procedens
s[ed] est pr[inci]p[iu]m qui generat filius qui
gignit et spiritus sanctus q[ui] p[ro]ce-
dit ab utroq[ue]. Cont[ra] magist[rum]
p[re]dictum abbas Joachim con-
posuit queda[m] libellu[m] in
quo appellat magistrum pe[trum] here-
ticu[m] et insanu[m] [prop]t[er] hanc sua[m]
s[ente]nciam dicens q[uod] ipse no[n] tam
t[r]initatem q[uam] quaternitatem asserue-
bat in deo viz istas tres

personas et illa quedam essen-
tia qui quaternitatem asserebat autem
dictus Joachim quod nulla res
est, que sit pater et filius
et spiritus sanctus nec essentia
nec substantia nec natura, dicebat tamen
quod pater et filius et spiritus sanctus sunt
una essentia una substantia et una
natura verumptamen hanc unitatem
non veram et propriam esse dice-
bat sed collectivam et simili-
tudinariam sicut quod multi ho-
mines dicuntur unus populus et mul-
ti fideles una ecclesia. Ad hoc
probandum inducebat plures
auctoritates primo illam Actibus
apostolorum multitudinis credentium e-
rat cor unum et anima una. 2o
inducebat illam auctoritatem apostoli
et qui plantat et qui rigat
unum sunt et omnes unum corpus
sumus. 3o illam de libro Regum
populus meus et populus tuus unum
sunt. ultimo inducebat auctoritatem
evangelii volo pater ut sint unum
in nobis sicut et nos unum sumus.
Istam autem sententiam tanquam erro-
neam ipsius Joachim reprobat
Concilium usque ad illum §.
Nos enim. Et abinde incepit
respondere auctoritatibus ipsius dicens
quod fideles Christi non sunt unum
i. quedam res que omnibus
suo modo sunt unum i. una
ecclesia propter catholice fidei uni-
tatem et tandem unum regnum
propter unionem indissolubilis
caritatis. Et ad hoc probandum
inducit Concilium auctoritatem Joh[annis]
apostoli in epistola sua ubi dicit
tres sunt qui testimonium dant
in celo pater verbum et spiritus aqua
et sanguis et hii tres unum

[et] hii tres unum sunt statimque subiungitur Et tres sunt qui testimonium dant
[in] terra spiritus

sunt. Concilium quod fatetur cum
magistro Petro quod una quedam
res vere est pater et filius
et spiritus sanctus et quelibet persona
est illa res, et ideo trinitas tantum
et non quaternitas est in deo,
quia quelibet trium personarum est
una res, scilicet substantia essentia seu
natura divina. Et illa res non
est generans, nec genita, nec pro-
cedens, sed est pater qui generat
filius qui gignitur et spiritus
sanctus qui procedit ab utroque ut
per hoc notetur distinctio in per-
sonis et unitas in natura. Licet
ergo dicatur, alius est pater, alius
filius alius spiritus sanctus, non
tamen aliud sed illud quod est pater
est filius et spiritus sanctus idem
omnino ut secundum orthodoxam et
catholicam fidem consubstantiales
esse credantur et hoc probat
usque ad § cum quo. Et ibi dicit
illi auctoritati volo pater ut sint
unum etc. dicens quod ibi hoc
nomen unum pro fidelibus acci-
pitur ut intelligatur unio caritatis
in gratia, pro personis vero divinis
ut attendatur identitas u-
nitatis in natura quod latius osten-
dit in littera sequenti. ¶ Deinde de-
cidit quod quicumque doctrinam seu
sententiam prefati Joachim firmare
vel defendere voluerit tanquam
hereticum ab omnibus confutetur. Et
hoc tamen nullum vult generari pre-
iudicium Monasterio Florensi
cuius ipse Joachim fuit insti-
tutor presertim cum ipse omnia
scripta sua supposuit sedis
apostolice correctioni etc. Insuper
dampnat perversum dogma impii

Almarici cuius uictem pro
medicacij adeo excecauit
q eius doctrina no ta heretica
q insania est censenda &c.
Cotra libellu diuinitue uel
despectie loquitur innocen li. j.
di. 6. et hoc xxiiij. etiam in
pluribus locis eiusdem libri innuit
illud dictum iiij. xxij. q. j. c. ij.
qui adhuc pinc Coss. xvij.
ad ephe. iiij. reg. li. iij. c.
xxiij. in euangelio Joh. xvij.
Non cu hic respondet conti
nuu ut dicit glo. quod tu no
e verum et dicunt pe et alij q
rudet ibi nos aut Jo. an. dicit
et bn q rudet ibi cu ergo
et q hec fuit noua glo et
forte fuit error scriptoris epistola
sic Joh. vlt. Codicibus hoc
dicit quia i translacoe hoc no
habetur sed in translacon hoc
in scriptum ab eiuo no itpe
uel ad tempus testat Joh. xx.
simplex et sic nichil pt dici
di uel decidi vitatis aut
auathema.
Vo. pto lo ad sede apostolicam
spectat approbare uel reprobare
libellos uel textus concernentes
fidem maxime tn hec ptinet
ad Concilium generalem quo prelat
est supra ut hic et xvij. di. nec
tam xxiiij. q. j. quotiens Et
dicit hostiensis q in eo q hic dap
nat libellus Joachim inde
est ac si supra plibuisset eu
recipi, sicud remoue tutor
et desinit esse tutor cu prius
suat prohibet gere ff. de
suspec. tuto. l. hec cu sptor
et dicit ecc hostiensis q h libellus
eo quo reprobatus est uo dicit
allegat C de vete iure enu
l. ij. § hoc igitur omnia in uno
comburendus est vbicunq inuenta
C de here l. quicunq idem
i libellus famosi v. q. j. inlucer
2o. Vo. ex hoc et ex lra
q no est standum opinioni Joa
chim in eo q dixit de vni
tate seu essent trinitatis sed opinioni
magistri petri de qua hic dicit
dica q error Joachim eat
duplex primus i eo q reprehende
bat pe qui dixerat q queda
summa res erat &c. dicens
q pe astruebat quaternitatem
q non credit vt j. in no. 2i
viij. 2us error fuit in vnitate
sbe diuine quo ad personas
trinitatis qua vnitem dicebat
no verum sed silitudinaria ut
j. in uobili. v. dicit tn de
hoc Joachim q diuinitus ha
buit donum intelligentie et
spiritum prophetie, de quo in
Cope historiali li. xxx c.
xl. et sup danielem in vj
visione prophetauit ordines
predicatorum et minorum
3o Vo. ibi no verum et prop
q vnj et proprium accipiunt
pro eodem quod tn no sic procedit
aliud eni est vitas aliud
proprium. Nam vitas e pre
tue conuersi rei tanta soli
ditas q cetis cessantibus ipa
in suo esse remaneat i occulta
i uno generalibus sed dici ptas
est aplius roborata proprium
no sm aristotelem et proprium
est q quesitum predica dere

Si qs famosum... i oibus q ab heu...
i dicunt facti memoriam ... q. 1.

et ci...

et ei naliter inest ut risibile
de homine etc.
¶ Item nota ibi collectiva et si-
militudinaria quod id quod col
lectum est unum non est ipse
unum sed per similitudinem, dicitur
autem collectio unius speciei sed
diversorum congregatio ad communem
effectum. Similitudo non est
comparatio rerum similium, et de mul-
tiplici unione prosequitur Hugo
in libro de trina et una pro
ut allegat Johannes Andree super no-
vella dicit quod hec ponit Hugo
libro v de consideratione dicit etiam quod
non potuit reperire quod fecit
dictum librum de trina et una
dicit quod Hugo quod est unitas
collectiva, ut cum multi
lapides unum acervum faciunt
constitutiva ut cum membra mul-
ta unum corpus vel multe
partes unum totum, coniugativa
qua vir et mulier sunt una
caro. Nativa qua anima et
caro unus nascitur homo, po-
testativa qua homo volens
non instabilis non dissiliens
sed unus sibimet manet uni-
ti, Consentanea qua per cari-
tatem multorum hominum est unum
cor et anima una. Votiva
cum homo voto omnibus deo
adherens unus spiritus est cum
eo. dignativa qua limus
a dei verbo in unam assump-
tus est personam
¶ Item nota ibi illud potissi-
mum ordine allegandi ut id quod
fortius urget ad convincendum fuit

sit cum fecit hic ipsa Con-
sistit autem ratio Joachim in
hoc, Item ad ostendendum quod
unio trinitatis esset non vera
sed collectiva inducebat auctoritatem
de qua ibi volo pater etc. Si
cum christus pro fidelibus orat
ut sint unum in patre et fi-
lio, sicut ipse christus est u-
num cum patre dicit dicimus quod
christus est unum cum patre
in substantia ergo et fideles pro
quibus oravit sint unum in
substantia quod est falsum dicit etiam
unum collective ergo pater
et filius sunt unum collective et
idem de spiritu sancto Sed hec
non videtur .i. b. cum ergo
et est simile de esse dei in
in christo fuit ubi arrianos
reprehendit Hilarius quia
in hac unione errabant
et de hoc ibi in glossa prima
et in glossa gradatum
¶ Item noto hic quod licet pater
filius et spiritus sanctus sint
una essentia non per hoc
ponitur quaternitas in di-
vinis. Similiter quia licet pe-
trus martinus Johannes sint substan-
tia humana que substantia in eis
potest dici unica quia hoc non
diffinitur per hoc tamen non constitu-
ut quartam substantiam, dicunt tamen
Theologi quod hec non est omnino
similitudo ut habetur primo
summa xxiv. di. eis quoque
dicunt enim quod quamvis unius es-
sentie in trinitate nullum
in creatura satis expressum inve-
nitur exemplum ob hoc tamen maiore igne

deus apparuisse legitur
quia in igne tria ignis splen-
dor et calor sint consistunt
et unum lumine sunt et lucet ter-
ta inseparabiliter operentur in
igni attribuit unio splendo-
ri illuminacio calori calefac-
cio

Item ibi partem subdere sic
notat tres modos quacumque
quos duo in qualibus et tercius in
diuinis reperitur In primo po-
nere dat et post retinet ut in
generacione carnali in secundo per
modum refusionis totum dat
et nichil retinet ut in aqua
et glacie, ubi mater me genu-
it moxque ipsa genuit ex
me, in tercio totum dat et to-
tum retinet et de hoc ultimo
potest dari exemplum in doctore
qui quamuis plene transfert
in alium quod scit et tamen scire non
desinit Item ibi Si quis
igitur. Nota quod defendens opinionem
hereticam censetur hereticus ut in
q. iij qui alios et ibi expre-
ssit in eo qui defendit opi-
nionem hereticam in ea parte in
qua est heretica ut in lra
ibi in hac parte

Item. Nota in versiculo In nullo huius
potestate et de hoc supra ti. j. cum
in de elec. eminantia Item
delictum prelati non nocet
ecclesie per quod in j. si erga ad
hoc regula delictum huius

Item. Nota quod non censetur quis
hereticus nisi qui pertinaciter
defendit heresim, hic enim ex-
cusat Joachim quia se sub-
iecit correctioni, heresis enim

ponit errorem in intellectu
pertinaciam in voluntate, quo cessa-
te pertinacia cessat heresis
Et in hoc dico, quod ideo dicitur
pertinaciter defendere qui ad manda-
datum superioris non est paratus
corrigi ut hic a contrario et per
hoc iura allegata in ultima
glo. ad idem supra e. Excommunicamus
ubi glo. in verbo pertinaciter
exponit hoc verbum

Item in verbo reprobamus Nota quod
reprobat dogma almarici
nec tamen dicit quale fuit sed di-
cam statim infra et dogma in dog-
mate, i. doctrina sive est
angelus angelus ut notatur
in verbo satis euidenter in
glo. optime et dicitur angu-
lus i. extrema superioris tecti
que est in culmine domus
et alio doma dicitur tectum, Fuit
autem hic Almaricus Carno-
tensis ut legitur in Cronica
Martiniana sub tempore innocencii
iij et ibi exprimuntur eius
errores et ibi esse dicitur
quod combustus fuit parisius
quidam dicunt quod tenuit here-
sim sabellianorum de qua
supra. sabellianus quod iij c. plures unde Sabel-
lianus dicebat esse unam perso-
nam patris et filii et spiritus sancti
Alii dicunt quod primus error
istius fuit quod omnia sunt deus
et quod non potest facile negari
creatorem et creaturam idem esse
2us quia primordiales cause
que vocantur ydee i. forma
et exemplar creant et creantur
in mente diuina Et dicit hostiensis
propter reuerenciam aliquorum

discipulos istius Almarici
qui erat in concilio hic
tacet eius errores vel dicendum
quod ideo tacentur, quia melius
est talia nescire quam scire
cum aliquando dent occasionem
mali xxxviii di. quamvis
sicud Ade nocuit scire quod
esset lignum scientie boni et
mali xxi. q. iii quid ergo etc.
¶ Item nota quod heretici dicuntur
excecati per prenam mendacii
eius, i. diabolum qui sic dicitur
quia patrator et inventor mendacii, cum dixit nequaquam
moriemini sed eritis sicud dii etc.
Gen. iii
¶ Item ex hoc noto quod in disputatione licite convicia in
hereticos, apostolus enim hic eos
doctrinam vocat insanam contra
cor dehere clemens ad
...nem, hoc tamen fieri debet cum
modestia et zelo fidei
non ex superbia vel iracundia, quia pretextu boni mala non sunt facienda, nec de
uel mo no magno
¶ Sed exponendo litteram primo
oppono textus articulum, primo quia
in littera videtur superfluitas
in eo quod dicit dampnamus et
reprobamus, quia sufficiebat
alterum
¶ Secundo oppono quod inepte ponitur
hic dictio ergo, est enim illativa ff. de sui. iuris. per
l. ergo et tamen hic nichil precessit ex quo inferatur
¶ Tercio oppono in eo quod dicit quod essencia divina non est generans

nec essencia divina est pater
qui generat, scilicet etc.
¶ Ad primum dicit Iacobus quod hoc
dixit ad maiorem exaggerationem. Item quia ista sunt
diversa nam dampnare est reprobare sine spe sublevandi
tormentis et ignominie sicut
solet deputare, reprobare vero
est rem evidentibus rationibus
improbare seu falsam convincere, unde dicunt quidam quod
hic dampnat opinionem et reprobat errores, dictum quod accipiunt
sepe promiscue ideo
videtur solucio prima melior.
¶ Ad secundum dico secundum Petrum quod hec illacio
dependet quia in principio capituli infertur
ex precedenti cum ibi dictum
sit quod Deus est simpliciter omnino
libellus autem Ioachim contra dicta
vel ponit hoc ea ornatus
unde dicunt quidam ut refert
Bonaguiui quod ponitur initiative
non illative sicut xxviii q. i
sic enim per prius sumitur. Ego
in solucione prima videtur melior.
¶ Ad tercium dico ut in glo. scilicet que dicit
quod hic dictio generans tenetur
adiective, scilicet non generat licet
sit persona generans et hoc
declarat glo. in verbo neque genita etc.
¶ Unde pro intellectu huius quod
dicit quod essencia divina non est
generans et tamen est persona que
generat. Quero que sunt nomina que conveniunt dicuntur
de personis divinis et non de
essencia, glo. predicta hoc
prosequitur distinguendo substantiva
notionalia essencialia personalia

et nocionalia vnde dicit glo in
hec vba etc. in ea ibi in plu-
rali ut si diceret quis vna
est essencia due sunt essencie
tres sunt essencie etc.

Infine ergo cum ista glo ad
intendum quod ysidorus vii ethimologiarum po-
nit in diuina scilicet propria et
appellatiua propria dicit essencialia
ut deus dominus omnipotens i-
mutabilis et sunt ipsi similes
omnium quia naturam suam signi-
ficat in eo quod tres persone v-
num sunt appellatiua dicuntur
eadem que et relatiua quia ad
se inuicem referuntur pater enim non
ad seipsum sed ad filium relatiue
dicitur quia est pater filii et fi-
lius relatiue ad patrem qui est
patris filius et spiritus sanctus qui
est patris et filii et sub hiis
appellatiuis comprehendit ysidorus
etiam nocionalia quod saluari
potest secundum Theologos qui no-
